

SARACENI
HAGARENI ET MAVRI
QVINAM SINT? ET, VNDENAM DICTI?

CONSENTIENTE
AMPLISSIMO ORDINE PHILOSOPHORVM
LIPSIENSIVM,
EX BENEFICIO STIPENDII KRIEBELIANI,
PLACIDO CRITICORVM EXAMINI
PVBLICE EXPONET
PRÆSES ET AVCTOR

M. GEORGIVS JACOBVS
KEHR,
SILUSIA-FRANCUS ORIENTALIS
SACRI ET LITTER. STVDII CVLT.
RESPONDENTE
GOTTHELF HENRICO THILIO,
CHEMNIC. MISN. S.S. TH. CVLT.

H. IX-XII D. XI NOVEMBR. MDCC XXIII.

LIPSIÆ,
LITERIS BREITKOPFIANIS

VIRIS

PRÆ-NOBILISSIMO,
SUMME REVERENDIS,
AMPLISSIMIS,
DOCTISSIMIS,

CONSULTISSIMO, PRUDENTISSIMO,
EXCELLENTISSIMIS,

EGREGIORUM LAUDE MERITORUM
IN ECCLESIAM REMQVE
TUM PUBLICAM, TUM LITTERARIAM
CELEBERRIMIS,

STIPENDIORUM
KRIEBELIANORUM
ADMINISTRATORIBUS
VIGILANTISSIMIS

STUDIORUM SUORUM PROMOTORIBUS,
PATRONIS AC FAUTORIBUS
SUIS

SUBMISSA ANIMI PIETATE ET OBSERVANTIA
COLENDIS

MEMOR

INSIGNIS BENEFACTI

LEGATO KRIEBELIANO

SIBI COLLATI

PERENNEM DIVINI NUMINIS GRATIAM,

INCOLUMITATEM ET GAUDIA,

I P S I S

IPSORUMQVE FAMILIIS

SPECTATISSIMIS

FLOREM AC SPLENDOREM

PERPETUUM

APPRECANS

IN TESSERAM ANIMI GRATISSIMI

AC SUMMÆ OBSERVANTIÆ TEKMHΡΙΟΝ

HANC DISQVISITIONEM ORIENTALEM

EA, QVA PAR EST, REVERENTIA

OFFERT AC DEDICAT

IPSIS

OBSTRICTISSIMUS

M. Georgius Jacobus Kehr, Siluſia-Francus Orientalis.

Sacri ac Litterarii Studii Cultor.

DE SARACENIS.

§. I.

NUllo certe, quam præſenti, æuo tam facile tamque cito totus pæne Oriens Europæis innotuit, & adhuc innoteſcit. Siquidem non ſolum de *extremis Indorum Orientalium oris maritimis*, quas tanquam per ſaxa, per ignes, (ut cum Horatio * loquar,) diuites Angli Batauique, nec non Luſitani, Hiſpani & Galli petunt, quam plurima non ineptus quisque nunc pro exploratis agnoſcit; nec tantum de variis *magni Imperatoris Indo-Mogolici regionibus*, itemque *Chinæ* & *Japoniæ* plagis, quas olim Xaverius, poſteaque complures Pontificiorum ſacerdotes, religionis ſuæ propagandæ gratia, peruagati ſunt, multa percepimus, (vt itinera illa, quæ *Hieroſolymam* Chriſtiani, *Meccam* vero Mohhammedani tum lucro ex mercatura captando, tum & ſuperſtitione commoti quotannis peragere ſolent, jam ſilentio præteream:) Sed etiam *de Brahmanis*, (quos Abrahamidas eſſe volunt nonnulli,) *Indorum ſacerdotibus & philoſophis*, & in primis de *gente Damulica ſeu Malabarica*, quæ læta Scripturæ ſacræ nuncia auribus &

A animis

* ex Lib I. Epiſt. I. v. 45. 46.

animis attentis jam percipit, ex relationibus Malabaricis ſat multas probe perſpectas habemus notitias. Quin & per Lutheranos quosdam verbi diuini miniſtros, qui modo integris Eccleſiis, Moſcouienſi, Petroburgicæ & Angelenſi in Ruſſia, modo militum Lutheranorum cohortibus in campis Kiouienſibus, & ora Wolgana verſus Perſiam, inprimis autem *Aſtrachani* ac *Terkii* prope mare Caſpium, & *Aſoſi* ad paludem Mæotidem in oſtio Tanais, doctrinam Euangelicam prædicarunt, nupero tempore de *Dſcheremiſſis*, *Coſakis*, *Crimmenſibus*, *Donskiis*, *Cuwanis*, *Circaſſiis*, *Nogais*, *Schaſkalis*, *Calmuckis*, *Caſaniis*, *Baſchkirtzis*, *Karakalpakis*, *Kumukis*, *Oſtiakis*, *Tangutis*, *Bocharis*, *Mongalis* ſeu *Mugalis*, aliisque *Tataris*, multa auditu grata & hactenus incognita nobis enarrata fuerunt. Quid? quod ob ſtrepitum armorum Ruſſicorum hac tempeſtate Aſiam totam, quantaquanta eſt, in motu eſſe percepimus. Quandoquidem hinc *milites* potentiſſimi illius Principis *Indo-Perſæ* WAY, vulgo *Miriweis*, furore correpti huc atque illuc temere feruntur, & inſtar leonum *in Perſia* graſſantur, *Turcæ* inuidi mouentur, ac turmatim *in Armenia* congregantur, vrbes obſidione cingendo, *Crimmenſes* ringuntur, *Cuvvani* murmurant, *Donskii* minantur, *Circaſſi* reſiſtunt, *Calmucki* muſſitant, *Mongali* perturbantur, *Dſchurdſchiani* (ſeu *Georgiani*) vexantur, *Perſæ* trepidant, *Mogoles* ſtupent, atque *Tſchinenſes* animum erigunt, aureſque arrigunt, nec non tractus *Orientis borealis incolæ*, *Kamtzadkæi* exhorreſcunt, ac vicini *terræ Jeſſo* nouos ex Ruſſia ſuſpicantur hoſpites, *Bochariis* quidem, *Usbekiis* & reliquis *Tranſoxanis*, fœdere cum Ruſſis pacto, ſibi ſecuritatem providentibus, *Indisque Mogolicis* inuictiſſimo Ruſſorum Imperatori commercia ei quam maxime

me proficua offerendo, pacem perpetuam ſibi acquirentibus, atque ſic opportuno tempore alterius illius Alexandri Magni aduentum in Indiam ingenioſe præpedientibus, Anglis quoque & Batauis in vnoquoque Perſarum & Indorum emporio caute ſibi de armis ac ſecuritate proſpicientibus, e contrario autem *Turcomanis* interim in *Natolia* latrocinantibus, *Arabibusque Nomadibus* mercatorum ſimul peregrinantium (quos Carawanas appellant) merces opesque, tanquam ſpolia opima, auide inhiantibus, & hinc in *Perſidis* ac *Syriæ* confiniis prædatum vagantibus. Plurimas ergo nationes Orientales mouere jam lacertos, ex relationibus publicis obſeruamus.

§. 2. Altum vero interea de *Saracenis* eſt ſilentium, de quibus tamen integra olim volumina conſcribebantur. *Saraceni* quondam vnica erant gens illa, quæ omnem ferme Aſiam, dimidium Africæ, & optimam partem Europæ deuicit. *Saraceni* olim reliquis regibus ac dynaſtis leges præſcripſerunt, ipſi ſeruitus & obedientiæ neſcii. *Saraceni* quondam non religionis modo ſuæ, verum & Jurisprudentiæ, artiumque liberalium propagatores alacres ſtrenuique extiterunt. Ipſis multa debent eruditi, inprimis vero Mathematici, Hiſtorici, Oratores ac Poëtæ. Verbo: *Saraceni* ante decem ſecula vbiuis pæne terrarum audiebantur.

§. 3. Quæ cum ita ſeſe habeant, omnino digni ſunt, qui adhuc laude crebriore extollantur, & quorum nomen, licet in vniuerſo terrarum orbe nunc obſoletum ſit minusque notum, nihilo tamen minus in memoriam reuocetur. Et cum quidem in finem nonnullos *Chaliſarum Saracenicorum* (i. e. Cæſarum Arabicorum) *drachmas* argenteas rariſſimas vetuſtiſſima Arabum Scriptura, quam *Kuficam* appellant,

conſignatas, jamque ſecundum duplicem Arabum ſcribendi modum diſtinctius tabulis æneis ex præſcripto meo inſculptas hoc ſchediaſmate publicare, dilucidaque tum rerum, tum verborum interpretatione recenſere conſtitueram. Poſtea vero quam rite ſingulas harum drachmarum Aſiaticarum notatu dignas euoluere minutias, easque illuſtrationis cauſa annotare cœperam: En! præter opinionem in ampliſſimo polyhiſtoriæ campo me circumgyrare ſentiebam. Complura enim *ex Orientalium hiſtoria litteraria*, nonnulla ex *Mohhammedanorum religione atque Theologia*, multa ex eorum *philologia*, haud pauca de illorum *re numiſmatica* plura ex illorum *Geographia*, quædam ex *Mohhammedanorum Chronologia*, & quamplurima ex *Rumæorum* ſeu *Græcorum*, *Saracenorum* ſeu *Arabum*, ut & *Perſarum* ac *Tataro-Mogolorum hiſtoria*, nec non iucunditatis ergo quædam *ex Critica in* peculiari *de hiſce nummis ſchediaſmate* animaduertenda mentem ſubibant meam. Ne igitur nimio condimentorum Arabicorum atque cimeliorum Orientalium apparatu lectori faſtidium & nauſea moueretur: Conſultiſſimum eſſe viſum eſt, *Philologico-Critica* ſeorſim, & Geographica, Chronologica, Hiſtorica, aliaque notatu digna huc ſpectantia itidem ſeparatim peculiari ſcripto communicare.

§. IV. Quapropter hac vice nummos hoſce Orientales vetuſtiſſimos pauciſſimis enarrabo, atque textuum Arabicorum drachmis hiſce impreſſorum occaſione, nonnullis annotationibus Criticis atque Philologicis tum iucundis, cum vtilibus illuſtrabo. Sunt autem nummi octodecim, quos iam Critice quidem ac Philologice tractabo, reliqua vero, ſcilicet Geographica, Hiſtorica, & alia huc ſpectantia, peculiari de hiſce drachmis tractationi hiſtoricæ reſeruaturus.

§. V.

§. V. Et quidem generalia ſeu vniuerſalia quædam præmittenda iudico. Nempe omnes hi nummi XVIII. cum a Chalifis quibusdam Saracenicis cuſi, & charactere Kufico ſignati ſint; Opus eſt, vt antea inquiram atque diiudicem: Quinam fuerint *Saraceni*, & vndenam ita fuerint nominati?

§. VI. *Saraceni* igitur ſunt iidem, qui in Pentateucho (*a*) *Iſmaelitæ*, in Prophetis vero prioribus quidem *Sabæi*, (*b*) ſed in poſterioribus (*c*), vti & ab Onkeloſo, alterutro Pentateuchi paraphraſte Chaldaico, nec non a Targum Jonathæ *Arabhaë* (*d*), & adhuc dum vndiquaque *Arabes*, rarius *Hagareni* (*e*), appellantur.

(*a*) Geneſ. XXXVII, 25. (*b*) ſcil. 1 Reg. X, v. 1, 10. 13. vbi in textu Hebraico regio Arabum vocatur שְׁבָא *Schebbâ*. (*c*) nimirum Eſa. XIII, 20. & Jerem. III, 2. (*d*) ערבעי. (*e*) vid. infra.

§. VII. Non autem demum poſt Mohhammedem, prophetam ſuum, Arabes ita fuerunt appellati, ſed iam inde ab euerſione Hieroſolymorum, iuxta *D. Auguſtum Pfeifferum* (*a*), *Arabes* a Targum Hieroſolymitano in paraphraſi vocis Hebraicæ *Jiſchmeelim* (*b*), (id eſt, *Iſmaëlitæ*,) in Pentateucho (*c*), dicti ſunt *Sarkâë* (*d*) ſeu *Sarkajin* (*e*), id eſt, *Saraceni*.

(*a*) in Crit. S. cap. VIII. quæſt. XIV. p. 252. (*b*) יִשְׁמְעֵאלִים. (*c*) ſcil. Gen. XXXVII, 25. (*d*) סַרְקָאֵי. (*e*) סַרְקָיִין.

§. VIII. Ita, *Buxtorfio* demonſtrante, (*a*) iam a longo tempore *Arabas* Rabbini nuncuparunt *Sarekin* (*b*), id eſt, *Saracenos*, & in Talmude tabernacula eorum vocantur tabernacula *Jchel-Sarekin* (*c*), id eſt, τῶν Σαρακηνῶν, *Saracenorum*.

(*a*) in Lexico Chald. Rabb. Talm. p. 1558. (*b*) סָרְקִין. (*c*) של סרקין.

§. IX.

§. IX. Jamque Ptolemæus aliquot ante Mohhammedem retro ſeculis mentionem Saracenorum ſeciſſe allegatur a doctiſſimo Gallo *Durret* (*a*).

(*a*) in libro: Hiſtoire de l'Origine des Langues de ceſt vniuerſ. p. 440. ſeqq. *Ptolomee* liur. 6. cha. 11. table 6. d'Aſie parle ainſi des Sarraſins: Tout le traict du pays voiſin des montaignes de la region Aracene ſitué en l'Arabie heureuſe vers le Septentrion eſt habité de Scenites, au deſſus d'eux ſont les Oadites, & plus loing vers le midy ſont les Sarraſins & Thamydetes, Pline li 6. c. 28. en dit ces paroles, les anciens ont conioincts les Thymanees aux Nabatheens, leſquels ſont à preſent Tauenes, Snelleniens. & *Surraſins*.

§. X. Præter hoſce antiquiores reperiuntur etiam recentiores Critici idem affirmantes. Quandoquidem & præter iam allegatum Gallum, rarioris laude eruditionis & linguarum exoticarum peritia clarum, *DURRETUM* (*a*), qui ex Procopio & Ammiano Marcellino Saracenorum nomen antiquius Mohhammede eſſe, oſtendit, ſplendidiſſimum quoque lumen illud litteraturæ Orientalis recens exortum Romæ, IOSEPHVS ASSEMANVS Maronita (*b*), Syriacam, (cuius initium infra (*c*) videatur,) de perſecutione Homeritarum, ſeu Arabum Chriſtianorum, Arabiæ felicis incolarum, epiſtolam Perſici cuiusdam epiſcopi notis illuſtrans, occaſione regis Arabum Alamundari, ex Theodoro Lectore (*d*), cumque Aſſemano ſtupendus ille polyglottus & polyhiſtor famigeratiſſimus, IOBVS LVDOLFVS (*e*) ex PROCOPIO, qui de rebus Perſicis ſcripſit, Saracenorum nomen iam ante Mohhammedem in vſu fuiſſe aſſerit. Idem celeberrimus Batauorum Philologus, Hadrianus RELANDVS, ex Auguſtino & Marciano Heracleota confirmat (*f*).

(*a*) *Procopie* liur. 2. de la guerre de Perſe, parlant du Roy d'Arabie portant le nom d'Arete, comme les autres Roys ſes predeceſſeurs, vſe de ces paroles;

Peu

Peu de temps apres Arete & Almandar capitaine des *Sarraſins* ſe reſolurent de s'entrefaire la guerre, ſans qu'ils prinſſent ſecours l'un des Romains, & l'autre des Perſes. Ces deux eſtoient Rois d'Arabie, & toutesfois ils ſont dicts chefs des *Sarraſins*.

A cecy s'accorde Ammiam Marcellin liur. 22. & 23. lors qu'il deſcrit le pays d'Egypte, diſant du coſté qu'il regarde l'Orient, luy eſt Elephantine & Meroé citez d'Ethyopie, & les catadupes, & la mer rouge s'eſtend iusqu'aux Arabes Scenites que maintenant on appelle *Sarraſins*: en ſomme ceſt auteur quelque part de ſes eſcrits qu'il face mention des Arabes, il ne les nomme point autrement que Sarraſins, comme ſi le mot ancien d'Arabe s'enuieilliſſant, ce nouveau leur fut & plus plaiſant & honnorable, & mieux receu parmi les autres nations. C'eſt pourquoy Dioſcoride appelle la Muvhe *Saraſinoiſe*,* non qu'elle croiſſe entre les Scenites, qui ſont proprement les *Sarraſins*, en l'Arabie heureuſe. Ce qui donne euident teſmoignage, que ſoubs le mot de *Sarraſin* toute l'Arabie eſt compriſe, &c:

* *forte eſt error typographicus*, pro: Saraſenoiſe.

Et paulo poſt: - - Iceux ont de toute ancienneté eſté cognus, & ſe ſont monſtrez ennemis des Romains, comme auſſi ils n'ont guere iamais tenu ferme amitié auec perſonne: il eſt vray que Pompee le grand menant guerre en Aſie, iceux Arabes *Sarraſins* s'addonnerent aux armes ſoubs luy &c.

(*b*) in Biblioth. Orient. Vatican. fol. Tom. I. p. 364.

(*c*) Epiſtola, quam S. Simeon Beth-Arſamenſis Epiſcopus, qui Chriſtianis in regione Perſarum conſtitutis præerat, ſcripſit ad Mar Simeonem Gabulæ Abbatem: ubi Homeritarum martyrium deſcribitur:

Dilectioni tuæ ſignificamus, die 20. Canuni poſterioris (i. e. Januarii) præſentis anni (Græcorum) 835. (*) ex Hhirta (h. e. ditione) Naamanis, diſceſſiſſe nos, vna cum Abrahamo Presbytero Euphraſii filio, qui à Juſtiniano Imperatore ad Mondarum, Arabum Regem, pro pace concilianda (ablegatus erat) Sicuti de ipſo in priori noſtra epiſtola ſcripſimus, gratias eidem agentes cum nos, tum vniuerſi fideles, quod partes noſtras foueat; & ipſe perſpecta habet, quæ olim ſcripſimus, & modo ſcribimus. &c.

(*) Nota Aſſemani:

\- - - Anno Græc. 835. Chriſti 524. Juſtinus Senior ſolus imperabat: tum ex legatione Abrahami Presbyteri, quem a Juſtino ad Regem Arabum miſſum fuiſſe teſtatur Metaphraſtes in vita S. Arethæ, martyris & Sociorum: Juſtinus, inquit, quum ſic ei viſum eſſet, hortatus eſt Alamundarum, vt fœdera pacis iniret cum *Saracenis* Romanorum

norum vectigalibus: & miſſus eſt Abraamius vir pius & Presbyter, qui hac fungeretur legatione &c.

(*d*) *Monder* ܡܢܕܪ Nomen Arabicum ſine Articulo: *Almonder* cum articulo, ſeu *Alamundarus*, vt Græci Latinique vertunt: de quo vide Procopium de Bell. Perſic. & Evagrium lib. 4 cap. 12. & 13. Alterum Alamundarum *Saracenorum* Phylarchum laudat Theodorus Lector lib. 2. p. 564. quem *ſub Anaſtaſio Imperatore*, (qui anno Chriſti 491. vixit,) Chriſtianam fidem amplexum fuiſſe teſtatur. Sed is a Mondero noſtro diuerſus: Noſter enim ſub Juſtino & Juſtiniano adhuc ethnicus Arabibus præerat, vt ex Beth Arſamenſi, Metaphraſte, Procopio, & Euagrio colligitur.

Idem Aſſemanus paulo poſt:

Procopius lib. 1. de Bello Perſico, cap. 19 & 20. deſcribens Sinum Arabicum, narrat *Saracenos*, Maëddenos nuncupatos, mare accolere, ſub ditione poſitos Homeritarum.

Idem porro, p. 365. Metaphraſtes in vita S. Arethæ & Sociorum apud Surium tom. 5. pag 943 ſcripſit etiam (de Dunaano Judæo tyranno [ſc. rege Arabum] loquitur) ad Alamundarum Ducem *Saracenorum*, qui erant ſub Perſis, promittens ſe ei etiam daturum pecunias, ſi moueat perſecutionem aduerſus Chriſtianos, qui ſunt ei ſubiecti.

Idemque poſtremo p. 373. Arethas Princeps erat Nagrenſium, & in locum defuncti Chriſtiani Homeritarum Regis Rex ipſe deſignatus fuerat, vt ſcribit Dunaanus ad Monderum. Huius filium, deuicto impio Dunaano, piiſſimus Elesbaanus Nagrenſibus Ducem præfecit, vt legitur apud Metaphraſten, & MS. Græcorum Menologio, teſte Lambecio lib. 5. pag. 133.

(*e*) *in Comment. Hiſt. Æthiop.* p. 234. 235. Confuſam eſſe hiſtoriam Homeritarum, ex ipſorum Arabum teſtimonio in hiſtoria noſtra memorauimus. Poſt extinctum *Dunawaſum*, & *S. Arethæ filium* ab Imperatore Habeſſinorum in regnum introductum, gens iſta variis nominibus ab Hiſtoricis priſcis deſignatur. Etenim priſca Homeritarum familia Perſis adhærebat: Aretæ vero poſteri, qui ſub protectione Imperatoris Habeſſinorum erant, cum Romanis faciebant. Vtrosque ob vicinitatem & gentis ſimilitudinem *Saracenos* nominat Procopius; nam L. 1. Perſicorum *Alamundarum Regem Saracenorum Perſicorum* appellat: *Aretham* vero τὸν τῶν παρὰ ῥωμαίοις σαρακηνῶν βασιλέα, i. e. *Regem Saracenorum Romanis adhærentium.* Illis autem perpetuis certaminibus inter ſe debilitatis, modo Perſis, modo Romanis ſuperioribus, ſupervenit tandem Muhammedes, & vtrosque ſubiugauit.

(*f*) In

(*f*) In Palæſtina p. 99. *Auguſtinus in Numer*: Midianitas eosdem eſſe ſcribit, qui ſuo tempore SARACENI dicebantur. *Saraceni* ſcilicet ad littora ſinus Arabici ſupra Arabiam Petræam ſiti erant, contingebantque Arabiam deſertam & felicem, vti legitur *in Periplo Marciani Heracleotæ*, pag. 16. Τὰ περὶ τὸν αὐχένα τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας μετὰ τὴν Πετραίαν καὶ τὴν ἔρημον Ἀραβίαν κατέχουσιν οἱ καλούμενοι Σαρακηνοὶ &c.

Plura de nominis *Saracenici* antiquitate allegauit *Relandus* loco citato, & *Dannhawerus* in Eccleſia Mohammedana, 4. pag. 8. (edit. Argentor. 1668.)

§. XI. Quam ob cauſam longe a veritate Hiſtorica aberrant iſti, qui Mohammedem aiunt hominibus perſuaſiſſe, imo & ſanxiſſe ſeu ordinaſſe, ut Arabes non amplius *Iſmaëlitæ* vel *Hagareni*, ſed *Saraceni* vocarentur, ideoque ipſos noluiſſe amplius *Hagarenos*, vtpote ex *Hagare*, Abrahami ancilla, natos, verum a *Sara*, Domina, & Abrahami vxore, denominari.

§. XII. Quia enim Turcarum, Arabum & reliquorum Orientalium fœminæ omnes ac ſingulæ ſingulis ferme ſeculis inde ab Abrahami ævo fuerunt, quin & adhuc ſunt quaſi συνενοικανακαθιζόμεναι (vt novum vocabulum formare liceat) id eſt, ſimul in domibus reſidentes, quia ſimul incluſæ degunt, ſeu (vt magni illius Polyhiſtoris Batavi, Hadriani Relandi expreſſione (*a*) vtar) *domiſedæ*, h. e. ſemper domi manentes, & nunquam in publicum ſunt prodeuntes, aut, ſi prodierint, dignotu difficiles, ſintne dominæ an ſervæ: Facile & hoc, juxta Relandum, (*b*) exinde colligitur, minus probari poſſe, quod nonnulli fingunt, *Hagarenorum* nomen Arabibus diſplicuiſſe, quod ſerva ortum ducere videri nollent, & a *Sara* ſe *Saracenos* dixiſſe, cum vel maxime quoque Imperatores Turcarum Perſarumque ſibi non ducant dedecori, e ſerua naſci, & ſervis miſceri.

(*a*) in Tract. de Relig. Mohammed. p. 250.
(*b*) in loco citato.

§. XIII. Ad *Saracenorum* denominationem quod attinet, nomen iſtud a variis varie, ſed plerumque vel ſine ingenio, vel ſine fundamento ſaltem, deriuatur. Vulgus enim litteratum tum in horum, tum in Turcarum Tatarorum, aliorumque Orientalium, denominatione indaganda errat, quia opinionibus regitur. Sed de Turcis Tatarisque infra quædam erunt monenda. Prius de Saracenis loquamur, quam ad alias gentes Orientis digrediamur.

§. XIV. Communiſſima vulgi litterati opinio eſt, qua, *Saracenos* a *Sara*, Abrahami coniuge denominari, alii quidem nuda ſoni affinitate ſeducti ſtatuunt, (qua in opinione literati quam plurimi cum plebe illiterata conſentiunt,) alii vero derivationem hanc paulo ſpecioſiori probant argumento. Sed utraque opinio falſa eſt.

§. XV. Poſteriorem opinionem antea diſpiciemus, quæ eſt: Nolle Turcas, (vel potius *Arabes*,) ſeſe vocari *Hagarenos*, tanquam a ſerva *Hagare* natos, verum *Saracenos* vt a domina & liberta, *Sara* natos.

Arabas a Sara natos affirmat *Iſidorus* (*a*); quem *Martinius* (*b*) allegat. Idem *Hieronymus* (*c*) quoque confirmat. Conſenſum *Sozomeni Durretus* loco jam allegato exhibet. (*d*)

(*a*) lib. 9.

(*b*) in Lexico Philolog. p. 3385. ſeq. *Saracenus* Iſmaelita. Iſiodorus: *Iſmael filius Abraham, a quo Iſmaelitæ, qui nunc corrupto nomine* SARACENI, *quaſi a Sara & AGARENI ab Agar.* Item: SARACENI *dicti, vel quia ex Sara genitos ſe prædicent, vel, ſicut gentiles aiunt, quod ex origine Syrorum ſint, quaſi* SYRIGINÆ, *leg.* SYRIGENÆ,

(*c*) in Comment. in Eſa. Lib. V. cap. XXI. pag. 67. (edit. Baſil.) *Liber Geneſeos docet ex Iſmaële Kedar & Hagarenos, qui peruerſo nomine* SARACENI *vocantur, eſſe genitos. Hi per totam habitant ſolitudinem* &c.

Idem in Comment. in Ezech. Lib. VII. cap. XXV. p. 464. ait: *Metaphoricos per Madianæos, Iſmaëlitas & Hagarenos, qui nunc* SARACENI *appellantur, aſſumentes ſibi falſo nomen* SARÆ, *quod ſcilicet ab ingenua & domina videantur eſſe generati*, ſcriptura ſignificat.

(*d*) in libro ſuo Hiſtoire de l' origine des langues de ceſt vniuers, p. 440. Soſomene liur. 6. chap. 38. de ſon hiſtoire Eccleſiaſtique en eſcrit ce que ſ'enſuit; Ceſte nation a prins origine d' Iſmaël fils d' Abraham, comme auſſi de luy elle eſt renommée, & pour ceſte cauſe les anciens les ont appellez Iſmaelites. Mais a fin qu' ils ſe lauaſſent de ceſte tache de baſtardiſe & ſ' oſtaſſent le tiltre infame d' eſtre eſclaues & roturiers, & meiſſent en arriere l' obſcurite du ſang d' Agar mere d' Iſmael (car elle eſtoit ſerue & eſclaue de condition) ils vſurperent le nom de Sarraſins, comme ſ' ils fuſſent eſté procreez de la couche legitime d' Abraham & Sara ſon eſpouſe, leſquels prenants de la commencement le ſang' ſont auſſi circoncis, ſuiuant la façon de faire & ceremonie des Hebrieux, & comme les Juifs ſ' abſtennent de la chair du pourceau, & gardent pluſieurs autres obſervations propres à la nation Juifue, & ſ' ils ne ſuiuent toutes les meſmes, reigles & loix de viure des Hebrieux, il le faut imputer & au long traict de temps qu' ils ont eſté ſeparez de leurs parents, & à l' occaſion du voiſinage, ayant touſiours demeuré parmy les idolatres, & afin que ie ne ſemble abuſer d' vn ſeul Pays pour tout le reſte, i' ay de bons &

ſuffi-

ſuffiſants aucteurs, deſquels nous tirons & recueillons, que tous les Arabes en general ont eſté nommez *Sarraſins*, car d'Agarenes nous l' auons deſia declaré cy deuant, ſoit d'Agar coucubine, ou de la cité Agra fondee par la femme ſuſdicte.

§. XVI. Sed *Saracenos* non a *Sara* dictos, partim ex altiſſimo Arabum de Sara ſilentio, partim ex creberrima, quam Arabes de Iſmaele faciunt, mentione, eaque honorificentiſſima, partim & ex perpetuo, quod inter Saræ & Iſmaëlis Hagariſque poſteros fuit, odio ſimultaneo demonſtrari poteſt.

§. XVII. Altiſſimum, vt modo dixi, in Alcorano ſilentium de *Sara* eſt. Sin Arabes a *Sara* nomen *Saracenorum* aſſumſiſſent, procul dubio Mohhammedes in Alcorano mentionem *Saræ* mouiſſet, eiusque memoriam Arabibus ſuis in mentem reuocaſſet.

Præter enim quam *Turcicas recenſiones filiorum Adami* a SCHICKARDO Latine editas (*a*), aliudque *Chronicon Turcicum MSCtum* in Electorali Bibliotheca Moguntina aſſeruatum (*b*) nullos amplius Orientales codices invenire potui, in quibus mentio *Saræ* vel verbulo fuerit facta, Cum ergo in Alcorano, cum in libellis precationum Arabicarum atque Turcicarum, cum & in Mohhammedanorum inſtitutionibus Theologicis vel mediocri ſaltem cum laudis additione SARA ne commemoretur quidem (*c*), aut ſaltem cum ſalutatione (*d*) aliqua allegetur, cumque præterea, ex conſuetudine Hebræorum atque Arabum, nomina familiarum, populorum, gentiumque a fœminis nunquam, a viris autem (*e*) ſemper deſumantur: Quomodo quæſo Arabibus, vtpote genuinis Orientalibus, κατ' ἐξοχὴν *Orientis filii* dictis (*f*), pluſque a ſexu fœmineo, quam Perſæ Indique, abhorrentibus exinde tribui poteſt, eos a fœmina quadam, eaque vel minime, vel parum ſibi cognita, nomen ſuum *Saraceni* eſſe ſortitos. Quodſi enim a fœminæ cuiusdam nomine voluiſſent Arabes nomen deriuare ſuum, tantum abfuiſſet, vt illud a SARA mutuati eſſent, vt potius a Mohhammedis vxore *Aiſcha* formaſſent, ſeſe nominando *Aiſchaitas*.

(*a*) Tubingæ, anno 1628. 4. ſub titulo: *Tarich*, i. e. *Series Regum Perſiæ*, vbi pag. 32. eximius Litteraturæ Orientalis in Germania propagator, SCHICKARDUS, e codice Turcico refert, *ABRAHAMO, a Turcis & Arabibus IBRAHIM nominato, aſſignari filios octo, ſine matrum diſcrimine, 6. nimirum, quos e Ketura genuit, reliquos ex Hagar ancilla, & coniuge SARA.*

 (*b*) Tur-

(*b*) Turcicus ille codex Chronologicus, manu cuiusdam Samarcandenſis quam nitidiſſime exaratus, meriſque tabulis Chronologicis & mnemonicis conſiſtens, hiſtoriam vniuerſalem inde a creatione mundi usque ad Seculi XVII. finem complectitur, inſcriptus:

WAK'A-NAMEH, (*) id eſt, *Caſuum Liber*, qui ſpecialem iuxta inſcriptionem præmiſſa præfatione panegyrica, commixto ſermonis Turcici (**) ſtilo exaratam his verbis, nominatur ſpecialius quoque:

وقعه نامه

لوحهٔ وقایع الوف سال از تاریخ عالم

Laúbaï Wekâje' olûf Sâlif æsTârich âlim i.e. *Tabula caſuum* (ſeu, rerum, quæ contigerunt ordine) *ſeculorum* (& annorum) *præterlapſorum inde ab Epocha* (ſ. Era) *mundi.*

(*) *Nâmeh*, conf. *Clodii* (Joh. Chriſtiani) rerum Orientalium egregie periti, *Specimen ex Hiſtoria Litteraria Orientali de Hiſtoricis & Geographis Arabicis, Perſicis ac Turcicis.* §. 8.

Plura de *Nâmeh* qui deſiderat, conſulere poteſt doctiſſimum atque incomparabilem Rei Litterariæ Orientalis Magiſtrum, *HERBELOTUM in Biblioth. Orient.* (edit. Pariſ. 1697. fol.) pag. 660. item *Caïumarths-Nameh*, ibid. p. 243. b. in med. *Canûn-Nâmeh Tſchin ve-Châtha*, ibid. p. 251. a. *Canûn-Nameh al-Othsmaniet*, ibid. *Eſkender-Nameh*, p. 319. b. infr. *Huſchenk-Nameh*, p. 465. a. *Humajûn-Nâmeh*, p. 456. a. & 812. a. *Pend-Nameh*, p. 701. Quinque *Schah-Nameh*, p. 769. a. *Thamurath-Nameh.* p. 769. a. & p. 915. b. ſub VRAN.

(**) Illud genus commixti ſtili Turcici vocatur Arabice *Molámma'*, & partim Arabicis, partim Perſicis, partim Turcicis conſtat vocibus. *Golii Lex. Arab. p.* 2163.

Quem rariſſimum & *charactere Scripturæ Vſbeko-Perſicæ Jakûti* elegantiſſime exaratum codicem vt recenſerem, cum propere clementiſſimo iuſſu Reuerendiſſimi Sereniſſimique Electoris & Archiepiſcopi Moguntiui Hanovia Mœno-Francofurtum accitus ab Ipſius Conſiliario & Bibliothecario, doctiſſimo DNo. CHANXE, Librorum Commiſſario Imperiali, humaniſſime rogarer: Eum diu multumque euolui, ſed nihil in eo de SARA, quam paucula hæcce ab auctore Mohhammedico annotata legi:

اوچ بيڭ درت يوز التمش سنه

وفات ساري مادر اسحق عمرلري يوز يكرمي يدي ييل اولمق

3. 1000. 4. 100. 60.
ütſch bing dört jüs altmiſch ſene -:- *Wefât Sarâi môder Iſhhak 'ümrlere jüs jighirmi-jedî ſâl ôlmak*, h. e. (contigit) anno 3460 (mundi) obitus Saræ, matris Iſaaci, ætatibus ejus annis centum viginti ſex exiſtentibus.

(c) v. g. in pretioſiſſimo pariter ac antiquiſſimo Codice MSCto *SONNÆ* ſeu *Corporis Juris Canonici atque Civilis*, qui in ſplendida Inclyti SENATVS Lipſienſis Bibliotheca, inſtar cimelii rariſſimi, reconditur, in ſingulis fere paginis *Aiſcha*, Mohhammedis vxor, allegatur cum elogio Arabico: ام المومنين Ommo-l'mó'menin, i. e. *mater credentium.* Eiusmodi enim epitheta honorifica Orientalibus, inprimis Arabibus frequentiſſima ſunt reverentiam ſuam erga quempiam conteſtaturis, e.g.

الشيخ الامام الاجل الاستاذ برهان الحق والدين رحمه الله *Aſchſcheicho-l' Emâmo-l' adſchállo-l' öſtâſo, Borhâno-l' hháqqi waddîni, rahhâmaho-llâho.* i. e. Senior Doctor glorioſiſſimus, magiſter demonſtrator veritatis & fidei, cujus Deus miſereatur.

الشيخ الامام الاستاذ ركن الاسلام المعروف بالاديب المختار رحمه الله *Aſchſcheicho-l' Emâmo-l' öſtâſo Rókno-l' Eſlâmi-*

lâmi-l' ma'rûf bel'-Adîbi-l' Mochtâri, rabbámabo-llâho. i. e. Senior doctor, Præceptor Rukno-l' Eslami, *celebris humanitate* (vel moralitate) *electa*, (eſt ipſum nomen eius, Arabice notus i.e. ſub nomine) *Adîbo-l' Mochtâr.* cujus miſereatur Deus.

(*d*) Eiusmodi ſalutationis formulæ nominibus Prophetarum, Apoſtolorum & Sanctorum iamdudum defunctorum ſubjungi ſolent, ita:

محمد صلي الله عليه وسلم *Mohhámmadon, ſſálla-llâho alájhi waſállama.* i.e. Mohammades, Propitius ſit Deus ei & felicem reddat (eum!) conf. *Reland.* de Relig. Mohhammed. p. 167-173.

عايشة رضي الله عنها *Aiſcha, rádhzeja-llâho án'ha.* i.e. Aiſcha, beneplacitum habeat Deus de illa.

ابراهيم عليه السلام *Ebrahîmo, alajhi-ſſalâmo.* i. e. Abraham, ſuper quo ſit pax.

ابو حنيفة رحمه الله *Abu Hhanîfa, rabbámabo-llâho.* i.e. Abu Hhanifa, cujus miſereatus Deus;

علي رضي الله عنه *Ali, rádhzeja-llâho án'bo.* i.e. Ali, bene placitum habeat Deus de illo (ſ. propitius ei ſit Deus!)

مشايخنا رحمهم الله *Maſchâjéchona, rábbamáhomo-llâho.* i.e. Seniores noſtri, quorum Deus miſereatur.

ابو طالب كرم الله وجهه *Abu Thâleba, Kárama-llâho wædſch'babo.* i. e. Abu Taleb, honorificet Deus faciem illius.

الشيخ الامام برهان الملة علي بن ابي بكر قدس الله روحه العزيز *Aſchſcháicho-l' Emâmo, Borhâno-l' méllati Alibni-Abi-Bakra, káddaſa-llâho rûhhabo-l' aſîſa.* i.e. Senior Doctor Borhano-l'milla Ali ben Abibakr, ſanctificet Deus Spiritum ejus eximium (ſ. incomparabilem!)

(*e*) Sufficientiſſimus hujus rei teſtis eſt Pocockius in Specimine hiſt. Arab. pag. 40-51. & Golius in Lex. Arab, paſſim.

(*f*) Jerem. XLIX, 28. בְּנֵי קֶדֶם.

§. XVIII. Quapropter plerisque Philologorum veri apparet ſimilius, Arabibus ab *Iſmaële* potius nomen *Iſmaëlitæ* impoſitum eſſe, poſteaque non plane abſurde contigiſſe, vt forſitan ex crebriori, quæ de *Iſmaële*, primæuæ religionis Arabicæ conditoris, ipſiusque parentibus Abrahamo

hamo & Hagare facta fuit, mentione *Iſmaëlitæ* etiam *Hagareni* ſubinde ac promiſcue fuerint cognominati.

§. XIX. Etiamſi enim Scriptores Arabici *Arabas* partiuntur in *genuinos* ſeu *indigenas*, quorum parens *Jarabus, filius Joctani, parens incolarum Arabiæ felicis (a)* fuit, & in *adſcititios* ſeu *Al-Arab almoſtabgreba*, qſ. d. *Arabas Arabizatos*, ſ. *Arabificatos (b)*, ſcilicet *Iſmaelitas*, qui cum Jorhamidis, Joctani filiis Jarah & Jorham, eorumque poſteris, in vnum quaſi corpus, nuptiarum interceſſu, coaluiſſe, vnanimi ab Hiſtoricis Philologisque *(c)* conſenſu traduntur: Attamen ab Iſmaële, Abrahami filio, poſteaquam ejus poſteri præcipua potiti ſunt parte Arabiæ, *Arabes* omnes tandem *Iſmaëlitæ*, nec non, a matris Iſmaëlis nomine *Hagar*, *Hagareni* poſtmodum dicti exiſtimantur. Huius quoque Iſmaëlis filios jactant ſe Mohhammedani, & ex eius progenie prophetam ſuum, Mohhammedem, traxiſſe genus gentis, tradunt auctores, & ex ipſa Arabum genealogia iſtud erudite eliciunt. Hinc *(d)* Alcoranus *Iſmaëlem* inter prophetas & ſanctos numerat, eique tantam attribuit dignitatem, quanta reliquis Patriarchis & prophetis tribuitur.

(*a*) Ja'-hrab ibn Kahhtan Abu-l' Jaman, de cuius filio *Hai* epiſtola proſtat Arabice edita ſub titulo: *Philoſophus* αὐτοδίδακτος. Conf. Golii Lex. Arab. p. 1551. Relandi præf. ad Borhaneddin.

(*b*) *vel iuxta emphaſin Arabicam quaſi*: Arabes illi, qui cupiunt ſeu optant, vt genuini ſint Arabes. Conf. Schick. Tarich. Perſ. p. 211.

(*c*) Conf. Golii Notæ in Alfergan. p. 3. Pocockii ſpecimen hiſt. Arab. p. 38, 39, ſeqq. Eiusd. Oratio de lingua Arabica. in editione Poëtæ Arab. Tograi, Oxon. 1661. 8. Maximeque venerandus Præceptor meus, D. Jo. Henr. Michaëlis in hiſt. linguæ Arabum p. 5. 6. Vt alios nunc taceam.

(*d*) Verba de Iſmaële in Alcorani Sura ſeu Capite VI. v. 86. ita habent, collato cum verſiculis 82-85.

v. 82. Ad fideles quod attinet, nimirum qui fidem ſuam non induunt iniquitate, ipſis eſt ſecuritas, ipſique (*in religione vera*) diriguntur.

v. 83. Et hæc eſt demonſtratio noſtra (ſc. diuina, qua ego Deus, vere Deum eſſe me, oſtendo,) quam exhibuimus Abrahamo contra gentem ipſius. Siquidem extollimus gradus cuiuscunque volumus, nam Dominus tuus (nimirum ego ipſe quem tu, o Mohhammedes, verum Deum agnoſcis & colis, ego, inquam, ſum) ſapiens atque doctus, [proindeque probe ſcio, quisnam ex reliquis hominibus gratiæ meæ dignior exiſtat.]

v. 84. Et (nos Deus omnipotens) conceſſimus ei [ſc. Abrahamo] Iſaacum, & Jacobum, quos omnes direximus antea. Et ex ipſius proſapia [in viam veræ fidei & religionis ſaluificæ] direximus Davidem*, & Salomonem, & Io-

Jobum, & Joſephum, & Moſen, & Aaronem. Et ſic [nos Deus,] remuneramur probos (ſc. dirigendo illos in veram fidem, & prophetiæ dono eos inſtruendo.) (*Arab. داود dâûd, quod more Gallico plerumque ſcribi ſolet *Daoud*. Craſſus hinc in novellis error nuperrime natus fuit, vbi ignorantia nominum Orientalium de cuiusdam Principis Circaſſii ab Imperatore Magnæ Ruſſiæ ſubjugati nomine *Daoud* more Gallorum ſcripto pro litera *u* ſcripſerat *n*: *Daond*. Sed eiusmodi nomen in Oriente nunquam eſt auditum.)

v. 85. Et Zachariam, & Johannem (Baptiſtam,) & JESUM, & Eliam, (quia hi) omnes ex (numero) proborum (erant.)

v. 86 Et ISMAELEM, & Eliſæum, & Jonam, & Lothum (ſc. direximus,) Atque omnes (hoſce pios) *prætulimus* (reliquis) hominibus (iisque excellentiores eos reddidimus.)

Porro & in Alcorani Sura XIX. de Iſmaëlis excellentia & prophetia meminit verſiculus 51 & 52. (iuxta edit. Maracc. ſed iuxta Hinckelmann. v. 55 & 56.) Et recordare in Alcorano (o Mohhammed, ſ. fac mentionem) Iſmaëlis, (narrans de illo) quod fuerit verax promiſſionis [ſeu: fidelis in promiſſis, eisque ſteterit, quibus promiſerat, ſe non velle colere, niſi vnicum Deum,] & (quod) fuerit apoſtolus propheta. Præcipiebat enim genti ſuæ precationem & eleemoſynam. Et (hanc ob cauſam) erat (ille) Domino ſuo gratus (& acceptus)

§. XX. Exinde, vt modo dictum eſt, patet, falſum eſſe, quod nonnulli perhibent, nolle ſeſe *Arabes* vocare *Hagarenos* ab Iſmaëlis, primi Prophetæ ſui, matre *Hagar*. Rebus enim ita conſtitutis, vti ex Alcorano teſtimonia jam allata teſtantur, minime poteſt pudere Arabas, oriri matre tanti Prophetæ, quo ipſi Scriptores eorum nimis fere gloriantur, omnique conatu ac molimine genealogiam ab Iſmaële, huiusque inde ab Adamo, vsque ad Mohhammedem, & ab hoc vlterius ad hodiernam gentem ſuam, inprimis vero ad familiam hodierni Imperatoris Turcici, deducunt. (*a*) Neque poſſunt aliter agere, quam gloriari ac lætari tam nobili ſtirpe & genere. Quia enim iſtam fouent hypotheſin, Iſmaëlem fuiſſe tam eximium Prophetam, id quod jam laudatus *Pocokius* ex aliis quoque monumentis Arabicis demonſtrat: (*b*) Quomodo igitur ſibi probro, nec potius laudi ducerent, ſeſe ab ipſo, aut a matre ejus, quod hac in parte idem eſt, denominari?

(*a*) Eiusmodi genealogiam inde ab Adamo usque ad Sultanos Othmanicos, ſeu Imperatores Turcicos, chartæ aliquot ulnarum longitudinem exæquanti & conuolutæ inſcriptam in Sereniſſimi DVCIS Saxo-Gothani Bibliotheca ſplendidiſſima æque ac pretioſiſſima, ex prænob. *Meyeri*, Secretarii & Bibliothecarii meritiſſimi, humanitate ſingulari videre, ac perlegere, mihi licuit.

(*b*) in

(*b*) in Specim. hiſt. Arab. p. 53, 54. ita: [Mohhammedani Arabes] ſectam ſuam *al-Eslam*, *Islamiſmum*, ſeque *Muslemos* ſeu *Moslimanos*, *Islamitas* appellant. At Judæi transpoſitis literis, eos *Iſmaëlitas*, & religionem ipſorum *Iſmaëliſmum*: per contemtum quidem, at nomine, quod ipſi facile admiſerint; vtpote qui *Iſmaëlem* tam generis, quam religionis ſuæ parentem poſt *Abrahamum* agnoſcant, nec aliam eſſe contendant, quam profitentur doctrinam ab ea, quam ipſe olim a patre *Abrahamo* acceptam profeſſus, poſteris ſuis commendatam reliquit. Quod ſi ſemel a *Scharestanio* didicerimus, melius, quæ poſtea dicenda ſunt, & quid prætexuerit *Mohammedes*, & quid egerit, intelligemus. Sic igitur ille, (iuxta *Pocokii* verſionem): *Poſtquam diviſa eſt lux, quæ ab Adamo ad Abrahamum, deinde ab eo ad poſteros derivata eſt, in duas partes; quarum vna apud filios Iſraëlis manſit, altera apud filios Iſmaelis; fuitque lux, quæ in poſteros Iſraelis deſcendit, manifeſta; quæ ad poſteros Iſmaëlis pervenit, occulta. Lucis illius clarioris indicium factum eſt multarum perſonarum apparitione, & prophetiæ in multis ex ipſis manifeſtatione; at lucis obſcurioris, declaratione rituum & ſignorum, & inter paucos concluſus eſt rei ſtatus. Keblah* autem (i.e. locus, quo ſeſe Orientales oraturi vertunt,) *ſectæ primæ fuit Templum Hieroſolymitanum, ſecundæ vero Templum Meccanum. Lex prioris, indiciis manifeſtis conſtabat; poſterioris obſervatione ſignorum ſacrorum. Inimici prioris, fuerunt infideles, vt Pharaoh & Haman; poſterioris autem,* κοινωνηται *ſeu Idololatræ, idolorum ac ſtatuarum cultores.*

Hæc ille. Quid aliud ergo erit *Islamiſmus*, quam *Iſmaëliſmus*? *Iſmaelem, Jorbamidas & Amalekitas éla-l' Eſlâmi* ſeu, *ad Islamiſmum* invitaſſe dicunt; *Mohhammedes* ergo, in quem lucem illam prophetiæ in ipſo terminandæ ſignum, deſiiſſe volunt, dum apertiorem rituum *Iſmaelitarum* ſectæ propriorum doctrinam *Alcorano* (cœlitus, vt fingunt, demiſſo) tradidit, *Arabesque* ſuos ab idolorum cultu reuocauit, *Iſmaëliſmi* ſub *Islamiſmi* titulo reſtaurator haberi voluit.

§. XXI. Ita ſatis firmo videntur niti fundamento, quibus perſuaſum eſt, Arabes ab *Hagare*, Abrahami ancilla, ſe *Hagarenos* appellaſſe, Inter quos præcipuus eſt *Henningius* in *Mohhammedano precante* (*a*), qui ob varias Mohhammedanorum precandi formulas, atque Turcarum, Perſarum, ac Tatarorum dogmata perquam dilucide explicata a quouis non plane illiterato legi meretur. Sed mihi quid magis arrideat, diutius diffiteri nolo. Quæro igitur: Num in Bibliis, antiquiſſimorum omnium annalium codice multo antiquiore, ac tria millia annorum circiter inde ab Arabum ortu continente, Arabes vniuerſi vnquam appellentur *Hagareni?* Dico, quod non. In duobus quidem Scripturæ S. locis (*b*) *Arabes* vocantur *Hagareni*, at quatenus proprie ſic dicti erant *Hagareni*,

a reliquis Arabibus, qui vel *Sabæi*, vel *Saraceni* dicebantur, diſtincti. Hinc exigua tantum pars Arabiæ pro *Hagarenorum* regione agnoſcitur. Verum *Hagareni* illi non dicti ſunt a matre Iſmaëlis *Hagar*, ſed a tractu quodam Arabiæ, quam *Petræam* Europæi, *Hagar* vero Orientales vulgo nominare ſolent. Cum enim *Arabes* in Pentateucho (*c*) iamiam tempore Jacobi Patriarchæ audierint *Iſmaelitæ;* cur non pariter quoque a matre Iſmaelis, *Hagare*, *Hagareni* in verbo Dei ſubinde nominari potuiſſent? Sed nullum facile vnquam occurrit exemplum de aliqua gente, quæ nomen ſuum a matre, aut a fœmina quadam alia fuiſſet nacta. E contrario potius omnes gentes, pleraſque vrbes, omneſque regiones nomina ſua, quæ ab hominum nominibus propriis deriuari poſſunt, a primo ſuo patre (*d*), aut conditore (*e*), aut Rege (*f*) conſecutas eſſe, ſolida hiſtoriarum indagatio demonſtrat. Quare minus conueniens & plane indignum videtur, totam *Aſiam*, quæ vna ex vaſtiſſimis ampliſſimiſque orbis terrarum plagis eſt, a fœmina quadam *Aſia* (*g*), & vniuerſam *Europam* ab *Europa* muliere (*h*) tantum denominari, cum nulla gens aut regio fœminis originem debeat. Quapropter egregii *Thomæ Hyde*, Polyhiſtoris vix aliis comparandi, ſententiam de vero & genuino ſignificatu & ortu nominis *Europæ* & *Aſiæ*, ambabus quaſi accepto & exoſculor, ſtatuens, *Europam* (*i*) dimidium terræ *Occidentale*, Aſiam vero vtpote nobiliſſimam olim hujus terrarum orbis partem κατ' ἐξοχὴν *dimidiam*, nempe *Orientalem*, ſonare.

Pari ex ratione etiam nomen gentis *Hagarenorum* non tam ab *Hagare*, Abrahami ancilla, quam vel a verbo Arabico *hâgjara* (quod legendum *bâdſchara*, (*k*)) vel potius a nomine proprio Arabiæ Petrææ Arabico *Hagar* ſeu *Hhegjr* (lege *Hhedſchro*) ortum eſſe apparet. (*l*)

(*a*) pag. 284, 285. (edit. Sleswig. MDCLXVI. 8vo.)

(*b*) nempe 1. Paralip V, v. 10, 20. tempore Sauli, & Pſalm. LXXXIII, 7. tempore Dauidis.

(*c*) Geneſ. XXXVII. v. 25, 27, 28.

(*d*) Conf. hac de re Carionis Chronicon a Peucero & Melanchthone auctum. Vbi in hiſtoria rerum, quæ poſt diluuium acciderunt, notatu dignarum filii, nepotes, ac pronepotes Noachi, ordine recenſentur, & quænam gens ab vnoquoque illorum fuerit propagata, ſubjungitur. Et in ipſa Scriptura ſacra de *complurium gentium patribus* nonnulla reperiuntur. Nam præter *Geneſ. X.* totum, legitur etiam de patre *Moabitarum*, Gen. XIX, 37. & *Ammonitarum* ibid. v. 38. *Edomitarum*, Geneſ. XXXVI, 9, 19, 43. Sed plura de gen-

gentibus in Script. ſ. commemoratis docet Bochartus in Geogr. S, & Pocockii Spec. hiſt. Arab. paſſim. Ita ſecundum Orientalium hiſtoricorum traditiones denominati ſunt *Ruſſi* a *Rus*, octavo filio Iapheti, filii Noachi. Herbelot. Biblioth. Orient. p. 722. *Turcæ* a *Turk* &c. de quibus adhuc infra quædam ſunt monenda.

(e) Plerumque vrbibus, quæ a conditore denominantur, a nominibus virilibus, rariſſime & ne vix quidem a muliebribus nominibus, olim indita fuerunt nomina, ut: *Ælia* vrbs Palæſt. prius Hieroſolyma, ab *Ælio* Hadriano, Imperat. Romano, Hadrianopolis &c. & ſic infinita fere alia exempla. Secus enim vetuſtiſſimæ gentes fecerunt, ac recentiores, quæ nimia Mariomania commoti pluribus locis fœminarum nomina impoſuerunt.

(f) e. g. *TVRAN*, nomen prouinciæ Turckeſtaniæ, ſ. Tranſoxanæ, a rege Perſico *Tûr*. vid. *Herbelot.* p. 895. *AFRICA*, ab افريقس *Afrîkus*, *Africo*, *Abrahæ* filio, a quo denominatam eſſe *Africam*, refert *Pocockius* in Specim. hiſt. Arab. p. 59. ex *Al-Dſchannabio*, *Ahmede*, *Ioſephi* fil. & Schol. in Epiſt. *Ebn Aldun.* Fuit ille *Afrîcus Iamanenſium*, Arabiæ felicis incolarum, Rex decimus octavus.

POLONIA Turcis, & ipſis Polonis لخ *Lech* ſeu *Leh*, Græcis hodiernis, ſc. Macedonibus, Bulgaris & Anatoliis Ληχία dicitur, ab antiquo aliquo Rege, qui ibi aliquando regnauit. Vnde eruditiſſimus *Hydius* (in notis ad אגרת אורחות עולם, i. e. itinera mundi, ſ. Coſinographiam R. Abrahami Peritſol. (edit. Oxon. 1691. 4to.) *Podlachiæ*, ſ. *Polachiæ*, *Poloniæque* nomen derivat, aſſerens *Pôl* eorum lingua ſignificare *planitiem*. Eſſet ergo Polonia quaſi *Pôl-Leh*, planities Léhi. Sic & *Bohemia* dicitur illis Ζηχία, a *Czecho*.

(g) Ita Calepinus in Onomaſtico Nominum propriorum Geſneriano; *Dicta eſt autem* ASIA *ab* ASIA *nympha, Oceani & Tethyos filia, Iapethi conjuge* &c.

(h) *Ibid.* EVROPA *ita dicta eſt ab* EVROPA, *Agenoris Phœnicum regis filia* &c. *Eſt item* EVROPA, *nymphæ nomen*, *Oceani & Tethyos filia*, &c.

(i) Doctiſſimus *Thom. Hyde*, Anglus, in notis ad Peritſol. p. 13, 14. ita *Europæ Aſiæque* nomina interpretatur: Alias nomen *Heſperia*, quæ vulgo reputatur eſſe altera Europæ pars Occidentalior, (nempe Italiæ & Hiſpaniæ male reſtringi ſolet,) vniuerſo Occidenti totique *Europæ* haud incommode tribuatur, & aliquando reuera tribuitur, ut mox manifeſtius fiet. Nam cum ASIA vulgo dicatur partium mundi numero quidem *tertia*, magnitudine vero *dimidia*; Hoc in mentem reuocat apud Phœnices totius Orbis dichotomiam, ſeu in duas partes diuiſionem; quarum vna erat חֲצִי (more Syrorum & Arabum, vtpote genuino Orientalium ſono pronunc.) Ἀσὶ, *Haſî*, *Dimidia*, videlicet חצי המזרחי *Dimidia Orientalis*; altera vero חצי המערבי *Dimidia Occidentalis*; ſeu ſimpliciter: מזרח *Oriens* (vel etiam: חצי *Dimidium* ſc. terræ,) & מערב *Occidens*, qui quidem eſt locus ערוב *Erôbh* ſeu

veſperaſcendi; ubi ſc. Sol יערוב *Ie'rôbb*, (ſeu *Ie'rôp*,) i. e. *occidit*, q. d. *Ierôpat* ſeu *Eurôpat*, ſi verbum cudere liceat. Nam vulgaris pronunciatio fere vbiq; gentium, *b* in *p* vertit. Quin & *Je'rob* ſ. *Je'rop* fuerit nomen proprium Heemanticum, vt יַחְמוּר *bubalus*, & יַהֲלוֹם *adamas*. Vel alias, tertia futuri ſæpe nominaſcit, & fit Nomen ſubſtantiuum, ut Arab. *Járab, filius Kahhtan*, & יַעֲקֹב *Jaacob*, (ſupplantabit,) יהושע *Jehoſchûa*, (ſaluabit,) &c. Et vt verbum *Jehoſchûa*, a frequentiori ſaluandi actu, in Nomen abſolutum migrauit; ſic a *Je'rop* frequentiori veſperaſcendi actu, quaſi per Inductionem aliquam habitum eſt perpetuo nominaſcens. Et ab horum aliquo vel quovis horum effluxerit *Europæ* * nomen: nam in hujusmodi nominibus ab vna lingua in aliam translatis non eſt neceſſe, ut Ectypi ad Prototypum conuenientia ſit ad minutias vsque accurata, modo inter ſe inuicem ſono quodammodo congruant. Talia enim auribus percepta ab vna gente ad aliam plerumque transferuntur ab iis, qui rerum translatarum veram ſcriptionem non vident nec perpendunt, ſed auditu tantummodo ſonum captant, idque (**) literulam addendo, demendo, aut mutando, præſertim *b* in *p*: & maxima ex parte non petunt talia Nomina a forma abſoluta, ſed constructa, (vtpote quæ inter loquendum frequentius audiatur,) ſua omnia deriuant, deſumuntque talium Nominum Translatores. Exempla ſunto ea, de quibus dubium eſſe non poteſt. Vti, pro eo, quod in S. Bibliis legitur אזוב *Eſôb*, fit Græc. ὑσσωπ, ſcil. ὕσσωπος: a שבט *Schæbæt* fit σκηπτ, ſcil. σκῆπτον ſeu σκῆπτρον: a forma constructa τῆ חרב *bbærabb*, quod eſt *Gladius* in genere, fit ἅρπη quæ peculiarem gladii ſpeciem notat: vbi *b* in *p* mutatur, vt & in χαλέπ pro حلب *Hhaleb*, *Aleppo*; & Ἰάθριππος, pro يثرب *Játrib*; & πασχα̃ *Paſcha*, pro باشا *Baſcha*; quod & a Turco-Græcis literam *b* pronunciari neſcientes, ſubinde etiam ſcribitur پاشا *Paſcha*, minus recte. Et ſic ſemper Cambro-Britannorum vulgus in vocibus Anglicanis proferendis. &c.

(*) Sub *Europæ* autem nomine a priſcis Phœnicibus *Africam* ſimul fuiſſe ſubintellectam, quod Europa & Africa vnus olim fuerint continens, *Hydius* ex Geographo Nubienſi, & Agathemere oſtendit ibidem, orbisque terrarum dichotomiam Orientalibus adhucdum in vſu eſſe teſtatur. Conf. quoque pag. 15. ibid.

(**) Eiusmodi mutationis exemplum in eiusdem *Hydii* notis, p. 15. occurrit, cum hæc addit: Eadem ratione Africani D. Auguſtini *Hipponem* iam a multis ſeculis ſcripſerunt بونة בונה *Bona* ſeu *Bone*, (ſeu *Bûna*, *Bûne*) ſive *Pone*, vnde *Pœni*, i. e. Carthaginenſes, & *Punicus*, i. e. ad Carthaginem pertinens; Conuenit quoque nomini *Phœnix* terminatione Lat. & Græc. *x* aucto. Nam Carthaginenſes ſeu Pœni colonia Phœnicum fuerunt:) Et tamen pronunciatio antiqua indicat, aliquando ſcriptum fuiſſe הבונה *Habbone* ſeu *Hippone*, ſeu אבונה *Abbone* ſiue *Ibbone*. Plura hujus rei exempla conf. ibid. (Et quomodo quidam characteres Arabici

bici literis Latinis exprimendi ſint, vide in præfat. *Pocockii* ad Specimen hiſt. Arab. 4.)

(*k*) هاجر Coniug. 3. *Diſceſſit a ſuis, de regione in regionem migrauit: vt fit propter religionem*, a Rad. 1. Coniug. هجر *hágjara*, (leg. *hádſchara*) *reliquit patriam, ſuosque*. Hinc هجرة *Hédſchraton*, (vulgari idiomate Arab. *hédſchra*, quod Itali & Galli ſuo more ſcripſerunt *hegjra*; unde multi errant, putantes, legendum eſſe *hegîra* quaſi per *i* longum, vel ſaltem *hegira* per *i* breve,) *diſceſſus, abitus a ſuis, quo patria relinquitur*; & cum art. ال *al* الهجرة *Al-hédſchra*, Mohhammedis *fuga*, cum, relicta Mecca, petiit Medinam. Eſtque ea nunc Arabum, (& reliquorum Mohhammedanorum, ſcil. Turcarum, Perſarum, Tatarorum, &c.) Epocha (ſeu Era) in deſignandis annis. Gol. in Lex. Arab. p. 2510.

(*l*) حجر *hhédſchro*, (ſeu, more Gall. aut Ital. *hegjro*) Manſiones Arabum Themuditarum, quæ inter Syriam, & Medinam, atque Meccam. *Gol. in Lex. Arab.* p. 577 & *Herbelot.* p. 419. b. infr.

* Conf. *Relandi Palæſt. cap. XIX. p.* 100. (*edit. Holland. ſed p.* 73. *edit. Noriberg.*) Nunc quoque nominis Midianitici veſtigia ſervat vrbs ad littus ſinus Arabici ſita مدين *Midjan*, vbi fere & Ptolemæus collocat *Modianam*. – *Ioſeph.* Antiquit. II, 5. item Antiq. IV, 7. PETRAM vrbem Arabum primariam a rege Midianitico Recem dictam Ἀρεκέμην ſcribit.

** It. conf. *Hyde ad Peritſol.* p. 73. Eliphas videtur fuiſſe Rex *Jemamæ*, ſeu Arabiæ *Petrææ* (ab vrbe حجر *Hhégjr*, *hedſchr*, *Petra* ſic dictæ) cui adiacet Edom, quæ nempe Ptolemæo eſt in Arabiæ *Petræa* Boreali margine &c.

*** *Pocock. in Spec. Hiſt. Arab. p.* 87. Eosdem (ſc. Arabas Nomades vel Scenitas) & alias اهل الحجر (*áh'l-alhhédſchr*) i. e. Populus *Petræ*, ſeu petrarum & montium incolæ, cognominari docet Ebno-l'Athir.

**** *Herbelot. Biblioth. Orient.* p. 257. -- La ville de *Hagiar*, qui eſt l'ancienne Metropole de l'Arabie nommée par les Latins *Petra deſerti*. &c. (de *Petra deſerti* plura vid. ibidem p. 256. a. ſub CARK.) -- L'an 316. de l'Hegire, de J. C. 928. Abu Thaher batit dans la ville de *Hagiar* un palais qu' il nomma *Hagiarah*, auquel on donne auſſi le nom de *Mabadiah*.

Obſeru. Dantur ceteroquin in aliis Arabiæ regionibus loca eiusdem fere nominis, ut: هجر *Hágiar* (*Hádſcharo*) nomen primariæ vrbis in Bahrein, prouincia Arabiæ. *Golii Lex. Arab.* p. 2509. هجر نجران *Hágiar Nedſchrân*, i. e. *Vrbs Nedſchran* apud *Himjaritas*; nam *Arabum Himjaritarum idiomate* هجر *hádſchar* eſt pagus, oppidum. Quod per anagramma, &

& litera ج *dſchîm* in ش *ſchîn* mutata, eandem notionem habet cum *Turcico* & *Perſico* شهر *ſchéh'r*, vrbs. Et huius vocis litera ه *he* in ح *Hha* mutata, aliud nomen proprium vrbis cum eo conuenit, ſc. شحر *ſchéhhro*, Vrbs Arabiæ felicis inter vrbes Oman & Aden, iuxta maris Indici littus extenſa, & ad radices montium thuriferorum ſita. Conf. *Golius in Lex. Arab.* p. 1258. Id. in *Notis ad Alferg.* p. 80.

§. XXII. Si ſtatuamus, Arabes ipſos nominare ſemet *Hagarenos*, certe id non prius, quam poſt Mohhammedis fugam Meccanam, factum fuiſſe deprehendimus. Et quidem ipſi non ab *Hagare*, ſed a verbo Arabico ***hâgjara*** (*a*) *(ob religionem ex patria migravit)* ſeſe denominarunt. Qod confirmat eruditiſſimus POCOCKIVS. (*b*) Quippe Arabes priſci, Mohhammedem ſectantes, magnæ ſibi duxerunt gloriæ, religionis cauſa cum propheta ſuo Mohhammede Mecca Medinam fugiſſe. Siquidem ipſe poſtea ſingulari eos euecturus laude ſæpius in Alcorano vocat *Mohâgjerin* (*c*), *fugientes*. Quin & in huius rei memoriam ipſi Chronologiam, ſeu Eram, ſuam ab illa fuga inchoarunt, iamque continuant. Quidni ipſi cum annos ſuos inde ab iſta fuga numerare cœperint, eamque epocham *Hegira (Hedſchra)* nuncuparint; quidni, inquam, ſe ipſos inde in Participio primæ Coniugationis Actiuæ *Hâgjerîn* (*d*) *Hagarenos*, i. e. *ſedem patriam relinquentes*, ſeu, *religionis cauſa exulantes*, vel *Hegrijjin* (*e*) *(Hedſchrijjîn)* quaſi *Hegiricos*, ſeu *Hegirenos* ut loqui ita liceat) id eſt, *epocham a fuga Mohhammedis inceptam ſequentes*, appellent? Perinde ſe res iſta habet, vti *populus DEI* inde a natiuitate *Chriſti* & computum, & nomen *Chriſtianum* eſt ſortitus.

(*a*) vid. §. XXI. not. (*k*)

(*b*) *in Specim. Hiſt. Arab.* p. 180. المهاجرين *Al-Mohâgjerin*, i. e. *Meccenſis fugæ comites*; Male ergo quaſi a nomine *Hagar* deriuata vrgetur ad probandum, *Arabum* gentem *Hagarenos* dici, & *Hagare* oriundos; quam tamen & ipſi matrem ſuam prædicant, nec dedecoris, ſed gloriæ loco ducunt, &c.

(*c*) vid. nota præced. (*b*). (*d*) هاجرين.

(*e*) هجريين iuxta regulam *Erpenii*, cuius vid. *Grammat. Arab.* p. 113 de *Poſſeſſiuo*.

§. XXIII. Sed obſtat nobis antiquitas nominis *Hagareni*. Siquidem non ſolum ab Hieronymo, aliisque ſcriptoribus, qui ante Mohhammedem vixerunt, mentio ſit *Hagarenorum*; ſed in ipſa Scriptura Sacra etiam

etiam *Hagareni*, qui tempore Sauli atque Dauidis aduerſabantur Iſraelitis, commemorantur, vti (*a*) ſupra dictum eſt. Firmiſſimum ergo fundamentum, quo in denominatione *Hagarenorum* niti poſſumus, eſt nomen regionis Arabicæ *Hagiar* (ſeu *Hadſchar*), quæ ipſa eſt *Arabia Petræa*, (*b*) inter Ægyptum, Palæſtinam, Syriam & Arabiam deſertam ſita, nec hodie ſolum, ſed & D. Pauli Apoſtoli æuo *Hagar* nominata. Id quod in epiſtola ſua ad Galatas (*c*) ipſe indicat: *Hagar*, inquit, *in Arabia eſt mons Sinai*, &c. Quod ſi curate perpendatur, coniicere his ex verbis licet, montem *Sinai* multo iam ante D. Pauli tempora dictum *Arabibus Hagjar* fuiſſe; alioquin Apoſtolus vocem aliquam tempus præſens innuentem, (*d*) ſubiunxiſſet. Obſeruandum vero eſt, ſubintelligi a Paulo non tantum κατ᾽ ἐξοχὴν & proprie ſic dicti *Sinai* montis verticem. Sed ſciat lector beneuolus, *vniuerſam illius regionis Arabicæ tractum*, vtpote montibus vndiquaque repletum (*e*) a primario *Sinai* monte Iudæis quidem olim, inprimis D. Pauli æuo, SINA vel SINAI, & Patriarchis HOR (*f*), Arabibus autem a præcipua terræ illius qualitate, ſcilicet petrarum abundantia non olim tantummodo, ſed hodienum etiam *Hagjar* dici (*g*). Cum igitur præter ſcriptores profanos (*h*), HERBELOTVM inprimis (*i*), HYDIVMque, nec non interpretem Germanicum *compendii Geographiæ antiquæ* CELLARII (*k*) ipſe etiam Spiritus Sanctus iam ante mille ſeptingentosque annos per diuinam reuelationem D. Paulo factam indicarit, vniuerſum illum tractum montanum inde ab Hieroſolyma vsque ad proprie ſic dictum *Sinai* montem ab Arabibus *Hagjar* appellari: Sine ulla difficultate exinde licet argumentari, *Arabes* illos, qui montanum Arabiæ Petrææ tractum, *Hagjar* dictum, incoluere, hinc procul dubio nomen gentilitium *Hhegjrijjîn* (*l*) (*Hedſchrijjîn*, i. e.) *Petræi*, (*orum*) fuiſſe conſecutos. Succeſſu autem temporis quam facillime potuit fieri, vt Iudæi, craſſa plerumque ignorantia gentium exterarum, & ſtupiditate, obruti, cum nonnullos aduenire Arabos conſpicerent, eosque vtplurimum prius Arabiam Petræam peragrare, & ex hac demum in Iudæam intrare oportuiſſe perciperent, omnes *Arabas* vocarent *Hagarenos*. Cuiusmodi errores adhuc ab hominibus litteratis æque ac plebeiis committi ſolent. Quod exemplis infra in notis illuſtrabo (*m*).

(*a*) §. XXI. not. (*b*)

(*b*) Egregium hac de re teſtimonium legitur in Herbeloti *Biblioth. Orientali*, p. 597.

p. 579. ita: Quelques-uns ont compris auſſi dans l'Egypte, le Pays que les Arabes appellent *Belad al-Thour*, c. a. *Le pays de Tor*, ou de la *Montagne de Sinai*, que les Arabes appellent ſimplement, *Tor*, ou *Tor Sinai*. Et c'eſt de-là que l'on trouve dans quelques Geographes Orientaux que ce qu'ils appellent, *Tiab Beni Iſraël*, c. a. *Le deſert des Enfans d'Iſraël*, eſt auſſi compris dans l'Egypte, quoyqu'il n'en ſoit que Limitrophe, & qu'il appartienne à cette partie de l'Arabie que les Arabes appellent, HAGIAR, & que nous appellons, l'*Arabie petrée*, où eſt le pays d'Aïlah que les Geographes Grecs & Latins appellent, *Ælana*.

Idem *Herbelot*. p. 812. SINA, &, *SINAI*. Nom de la montagne, que les Arabes appellent, (*) *Thour & Thour Sina*, c'eſt *le Mont Sinai*, ou *Sinein*, c. a. le *Duel de Sina*, comme qui diroit, *Les deux Sinai*, à cauſe que cette montagne à deux croupes ſeparées, à ſçavoir, celle de Horeb, & celle de Sina. Cette Montagne, qui eſt ſituée entre l'Arabie & la Syrie, a ſon pied ſur les bords de la Mer Rouge, où il y a encore aujourd'huy une Bourgade nommée, *Thour*, que nous appellons, le *Thor*, du nom de la Montagne, & qui communique ſon nom au *Golfe Arabique*, qui eſt ſouvent nommé par les Orientaux, la *Mer de Thor*, auſſi bien que la *Mer des Sués*, à cauſe d'une autre petite Ville, qui n'en eſt pas éloignée, & qui eſt aujourd'huy plus conſiderée, que celle de *Thor* à cauſe de ſon Port. Le Mont Sinai eſt celebré par les Muſulmans, comme la plus noble de toutes les Montagnes, & *venerée* (**) d'un reſpect particulier, à cauſe de la Loy de Dieu, qui y fut promulgée, & il faut voir ſur cecy les titres de, *Mouſa*, & de, T*auriat*.

(*) Iucunda vocum eſt conſonantia, dum *Sinai* mons Arabice *Thûr*, ſeu *Thoûr*, (quaſi *Taurus*, i. e. mons *κατ' ἐξοχὴν* ita dictus) & Præcepta a Deo in monte Sinai promulgata Hebraice תורה *Thora*, & Arabice *taûrâ*, *taurat*, *tauriat*, ac Turcice *tewriet*, nominantur. Num igitur mons a decalogo, num vero decalogus a monte nominetur, alibi diſpiciendum eſt. Vid. *Herbelot*. p. 853. b. & 877. b.

(**) *Venerée*) Feſtum in Legis a Deo promulgatæ & Moſi in monte Sinai traditæ memoriam adhuc à Tataris Nogaicis, Circaſſiisque prope Aſtrachanum atque Terik ad mare Caſpium habitantibus religioſe celebrari, teſtis *αὐτόπτης* affirmat Vir plur. Reuer. *Scharſchmidius*, Diac. ad D. Maurit. & Paſt. Xenodochii Halenſis. Qui cum antea militum & nautarum Lutheranorum annos quatuor Aſtrachani, duosque Terkii Zario Ruſſico ſtipendiantium concionator exiſteret, huius feſti Mohhammedici in monte quodam celebrati ceremonias intuitus obſeruauit, iuxta ætatem in prima ſerie Tataros quam maxime ſenes, in ſecunda ſeneſcentes, in tertia viros, in quarta iuuenes, in quinta adoleſcentes, in ſexta denique pueros conſediſſe, &, quotiescunque nomen DEI Arabice, vel ſaltem pronomen Arabicum *hû*, *ILLE*, de DEO, pronunciatum a ſacerdote Mohhammedico fuit, ſubito omnes quaſi oculi ictu capita ſua reuerentiæ ergo deorſum ad terram vsque inclinaſſe, magnaque cum deuotione rurſum vno quaſi lentoque motu erexiſſe, oculis & auribus ad Sacerdotem intentis.

Porro

Porro ſæpius iam allegatus Herbelotus aliam vrbem *Arabiæ Petrææ*, *Sués* deſcribens *in Biblioth. Orient.* p. 829. ait: *Elle eſt ſituée au fond du Golfe Arabique, ou de la Mer rouge,* au pied du mont Sina, *dont les racines vont iuſqu' à cette Mer, dans cette partie de l' Arabie, que les Arabes appellent* Hagiar, *& que nous nommons* Pierreuſe.

It. *Herbelot* p. 365. *GEBAL THOVR, La Montagne de Tor, ou le Mont SINAI, que les Turcs appellent THOVR DAGHI.*

Notari merentur hic etiam, quæ in *Philippi Cluveri introduct. in Geogr. Guelpherbyti* 1678. 4. *ex edit. Bunonis* extant p. 456., & 457. cap. XXIV, de *Arabia Petræa.*

Bochartus Geogr. S. p. 312. idem confirmat ita: *Arabiæ Petrææ metropolis* Petra, *cujus Hebræum nomen* סלע *Sela*, 2 *Reg.* 14, 7. *& Eſ.* 16, 1. *& Arabicum* חגר Hagar, *Geograph. Nubiens. clim* 3. *part.* 5. *Hebr.* סלע *SÆLA*, *& Arabibus* חגר Hagar *id ipſum ſunt, quod Græcis* Πέτρα. *Atque hoc nomen vrbi inditum, quia illi imminent ſaxoſi montes, de quibus ita Geographus Arabs:* Hagar *eſt arx pulchre ſita inter montes, in quibus commorabatur familia Thamud. &c. ſuntque ibi domus exciſæ in* petra. *Hos* montes *Arabica voce* Agar i. e. Petram, *appellat Paulus Gal. IV,* 25. *tanquam vrbi cognomines.*

(c) Galat. IV, 25. ipſa verba D. Pauli ſic ſe habent: Τὸ γὰρ Ἄγαρ, Σινᾶ ὄρος ἐςὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συςοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ.

Paraphraſis horum verborum, ut mihi quidem videtur, hæc eſſe poteſt:

NAM quod attinet ad ILLVD vocabulum ſeu Nomen proprium tractus montani Arabiæ Petrææ, qui hoc æuo noſtro nominatur HAGAR, licet quidem illud Nomen, ſeu ille tractus montanus nihil aliud niſi SINAI MONS SIT, qui IN regione ILLA κατ' ἐξοχὴν & proprie ſic dicta ARABIA, ſcilicet in Arabia Petræa, ſitus eſt, ac licet itinera dierum aliquot ab Hieroſolyma diſtet: Nihilo tamen minus ille tractus montanus Arabice Hagar, & Judaice Sinai dictus cum perpetuis modo radicibus, modo iugis montium ſibi invicem contiguorum cohæret atque pertingit vsque ad vrbem Hieroſolymam, ideoque SIMVL IN VNA EADEMQVE SERIE tractus montoſi mons Arabiæ Sinai CVM HAC HODIERNA HIEROSOLYMA EST COLLOCATVS.

(*) *De verbo* συςοιχέω, ῶ *vid. Scapula in Lexico, p.* 1530. *vbi Verbum hoc optime illuſtrari poteſt ex Adjectiuo* σύςοιχος, qui eiusdem eſt ordinis ſeu ſeriei, in eadem ſerie ſeu eodem ordine locatus. Proprie σύςοιχοι milites in acie dicuntur illi, qui in eadem ſerie collocantur, ita ut primus ſecundo a tergo immineat, ſecundo tertius, & ſic deinceps. Item: quæ ab eodem capite & genere deſcendunt, σύςοιχα ſunt.

Confirmant Paraphraſin meam verſiones Arabicæ tres, (1) quæ eſt in Bibliis Polyglottis Anglicanis, ita ſonans:

لان هاجر سينا جبل في البلقاء وتتاخم اورشليم ۞

Leánus

Leánna Hâdſchara Sîna dſchábalon fi-l' Balkâî.
i. e. Nam Hagar Sinai mons in Balkai. (*)
(*) quæ eſt prouincia quædam Arabiæ verſus Palæſtinam & Syriam.
watotâchemo Uræſchlîma. i. e. quæ contermina eſt Hieroſolymæ.
(2) Novum Teſtamentum Arabicum Lugduni Batau. editum ita habet:

هاجر في جبل سينا التي بارابية وتشاكل
اورشليم هذه السفلة الارضية ☼

WaHâdſcharo hia dſchábalon Sîna - llati be-Arabijjata.
i. e. Et Hagar eſt mons Sinai, qui in Arabia (eſt),
(*) *watoſchâkelo Uræſchlîm bâſchi-ſſafálati-l' ardhijjati.*
i. e. & congruit cum Hieroſolyma hujus vilitatis terreſtris.

(*) تشاكل *toſchâkelo*, 3. perſ. Fœm. ſing. Fut. Conjug. 3. Act. a Rad. شكل *ſchákala*, ligauit. Hinc شكال *ſchekâlon*, compes, funis, quo poſterius ſellæ cingulum anteriori connexum autrorſum adducitur.(*) Ita (mea verba ſunt) illuſtrari textus Pauli hac etiam phraſi poteſt in poſteriori membro: tanquam duo cingula, montanos Arabiæ Sinaiticæ & Judææ Hieroſolymitanæ tractus, ſunt quaſi, nimirum contigua perpetuaque montium interiacentium ſerie connecti, ut pro vnico tantummodo monte habeantur, & vrbs Hieroſolyma in ipſo monte Sinai ſita haud perperam dici queant. v. g. *ſi quis in altiſſimo Alpium Thuringicarum ſteterit monte inſulano prope Gotham, certe mirabitur, quantam in longitudinem & quanto cum circuitu montes Thuringici ſeſe extendant; ſiquidem cum Hercynia perinde ac Bohemica ſylua (vti vulgus loquitur) cohærent, quaſi ædificia ſibimet inuicem contigua.*

Porro ex radice hac Arabica deriuantur شكايل *ſchakâjelon*, viæ paruæ deductæ ex maiore. (*Ita montes Hieroſolymam cingentes, tanquam viæ, ex primario monte Sinai derivantur.*) شاكلة *ſchâkélaton*, Tractus. (*Ita vsque ad montoſam Hieroſolymitanorum terram Sinai montis tractus extenditur & quaſi trahitur.*)

(3) Biblia Arabico-Latina Romæ edita 3. tomis, fol. (quæ in ſplendida ampliſſimi Senatus Lipſienſis Bibliotheca aſſeruantur) ita leg.

انما سينا هو جبل في بلد العرب الذي *
فارن لتلك المدينة التي في الآن اورشليم ☼

Ennama Sîna húa dſchábalon fi báladi - l' árabá-llaſi húa
i. e. Tantummodo Sina eſt Mons in regione Arabia, qui eſt
* *Kârenon (*) letélka-l' madînati-llati hia-l' âna Uræſchlîmo.*
conjunctus huic vrbi, quæ eſt (*) nunc Hieroſolyma.

(*) Vbi

(*) Vbi iterum ex voce *Kârenon* hypotheſis mea ſtabilitur. Nam eſt قارن *Kârenon*, qui alteri indiuiduus adhæret. a rad. قرن *Kárana*, iunxit, nexuit, iugauit, it. propinquus alter alteri & continuus fuit. Vnde etiam قرن *Kárnon*, latus, (eris,) pars anterior, ingreſſus deſerti, & قرنة *Kórnaton*, extremitas latusque montis exſtans.

[Sic mons Sinai extremitata ſua, vel alterutro latere ſuo ad Hieroſolymam vsque extenditur.]

Addam quoque Syriacam verſionem, quæ primum locum poſt Novi Teſtamenti textum Græcum obtinet:

ܗܳܓܰܪ ܓܶܝܪ ܛܽܘܪܳܐ ܗܽܘ ܕܣܺܝܢܰܝ.
ܕܒܰܥܪܰܒܺܝܰܐ. ܘܫܳܠܡܳܐ ܠܗܳܕܶܐ ܐܽܘܪܺܫܠܶܡ.

Hôgor gêr tûrâ-u d'Sinai dbârabîja, uſchólmo l'hôde Uriſchlêm.

i. e. Hagar enim mons eſt, qui (vocatur) Sinai, qui (eſt) in Arabia, & (eſt) finitus (integer) huic Hieroſolymæ, ſeu, finitur apud Hieroſolymam.

Quæ verba ſingula ſunt ſole meridiano clariora. Miror igitur exactiſſimum alioquin textus Græci interpretem, *Eraſmum Schmidium* in Nou. Teſt. Græco, fol. & alterum Virum judicio Theologico & Philologico alias acutiſſimo pollentem, cujus lectiones Theologicas olim in Academia vicina frequentaui, maxime venerandum Præceptorem meum, miror, inquam, vtrumque D. *Lutheri* verſionem aliter explicare, neque admittere poſſe, Sinai montem ad Hieroſolymam vsque pertingere. Dicebat enim alter illorum, *Lutheri* verſionem hoc loco admodum eſſe obſcuram, & in ea vitium Geographicum eſſe commiſſum, ideoque non phyſice, ſed moraliter intelligi debere. Alterum nullus dubito quin hic præcipue locum habeat. Siquidem complures etiam interpretes Occidentales phraſin hanc de monte Sinai pro morali quadam Hieroſolymorum & Sinai montis conuenientia ſumſiſſe & intellexiſſe, in verſionibus ſuis indicarunt. Ex quibus iam *Luſitanicam* ſolummodo verſionem proferam, quæ ita ſe habet: *Porque iſto* (a ſaber) *Agar he Sina, hum monte de Arabia, que correſponde á que agora he Hieruſalem.* i. e. Quoniam iſtud (ad ſciendum, i. e. nempe ſ. puta) Agar eſt Sina, quidam mons Arabiæ, qui proportionem habet cum τῇ, quæ jam eſt, Hieroſolyma. Sic & vetus Gallica Lugd. Bat. 1602. *Car Sina eſt vne montagne en Arabie correſpondant à la Ieruſalem de maintenant.* Eodem fere modo recentior Gallus exprimit.

(*) Senſus autem moralis D. Pauli in hoc dicto, ſecundum Capitis huius IV. connexionem hic eſt: *Sicut vrbi Hieroſolymæ & monti* Sinai *tam arcta intercedit connexio, vt nunquam a ſe invicem, ſc. ineque vrbs Hieroſolyma a monte* Sinai, *neque mons* Sinai *ab vrbe Hieroſolyma, ſeparari ordinario naturæ curſu vnquam poſſunt, quippe vrbs hæc in illo ſita eſt tractu montano, qui* Sinai *montis eſt brachium quaſi aut pes. Ita mo-*

 rali-

raliter etiam animi incolarum vrbis Hieroſolymæ, ſcil. *Iudæorum,e nimia quadam ſuperſtitione,Legi in monte Sinai promulgatæ affixi & firmiter adhærentes manent,neque ſe ab illa diuelli patiuntur, & ſeruili potius iugo legis, priſtinaque terreſtris hujus Hieroſolymæ ſeruitute oblectantur, quam libertate cæleſtis Hieroſolymæ, quæ nec monti Sinai, nec legi in eo promulgatæ cohæret, & ad quam aſpirare enitique deberent.* Sic facillime dictum hoc intelligi, multoque citius, quam iuxta vtrorumque iam citatorum intricatam explicationem & applicationem capi poteſt. Nec opus eſt, vt D. Paulum, aut Beatum Lutherum, vel erroris, vel obſcuritatis accuſemus. Modo ſtudia elegantiora linguasque combinemus, nec ob illorum abuſum ipſorum culturam pro vanitate habeamus. Carere enim iis non poſſumus.

Interim qui capere illa nequeunt, euoluant omnes chartas Geographicas Relandi Palæſtinæ inſertas, vbi montanum Sinai tractum non tantum ad Hieroſolymam, ſed vsque ad Libanum extendi videbunt. Eadem enim, quæ Alpium Europæarum & montium iis annexorum, eſt ratio tractus montani Sinaitici. Confer. itaque *Bechmanni hiſt. orbis terrarum Geographica & ciuilis*, (*edit. Francof. & Lipſ.* 1707. 4.) p. 292. ſeqq. *Cap. VI. hiſt. natural. de montibus*, §. V, VII, & p. 285. & §. IV. p. 298. His rite conſideratis & inſtar parallelorum inter ſe inuicem collatis, vſus verſionum Scripturæ Sacræ Orientalium, vtilitas Hiſtoriæ & Geographiæ Orientalis, & commodum linguarum Orientalium evidenter patet.

(*d*) v. g. *νῦν, ἐν τούτῳ καιρῷ, σήμερον*, &c.

(*e*) Vti ex nota (*b*) huius §. ex Herbeloti Bibliothecæ Orientalis p. 579. demonſtratum eſt. Sic *Cilicia* ab *Amano* monte, Turcis dicitur قره امان ايلى *Cara a-mân-ili*, id eſt, *Nigri Amani regio*. Hyde ad Peritſ. p. 22.

(*f*) Paucis quidem at ſolidiſſime de hoc diſſerit Hyde *in notis ad Peritſol.* p. 72. *Ille quidem mons eſt in termino terræ Edom, qui antea a poſſeſſore cum occupante dictus eſt* Mons Hor; *& is* (*Num XXXIII, 37.*) *in margine terræ Edom, in quo* (*Num. XX, 23. &c.*) *ſepultus eſt* Aharon: *incolæ inde dicti* Horitæ; (*quaſi* Haritæ, *montani, ſeu monticolæ, ab* הר Har, *monte,*) *ex quibus vir quidam inſigniſſimus nomine* Seir, *fecit ut poſtea diceretur* Mons Seir & terra Seir. *Nam* (*Gen XXXVI, 20.*) *per Appoſitionem dicitur* Horitæ filii Seir: *nempe qui antea* Horitæ, *tunc dicti ſunt* filii Seir. *Et ab* Uz *filio* Diſan, *qui ex nepotibus* Seir Horitæ, *hæc terra etiam dicta eſt* Terra Uz; *quæ, quia illuc poſtea conceſſerat* Eſau *per improperium dictus* Edom, *poſtea denominata eſt* Terra Edom. *Tot nominum mutationem propter varios diuerſis temporibus incolas & poſſeſſores, illa terra ſubiuit.*

Idem, p. 73. (Deut. XXXIII, 2.) *Deus venit a Sinai, & ſplenduit a Seir, & illuxit a monte Pharan; qui mons eſt pars Montis Sinai, qui*, ſecundum Ptolemæum, *incipiens a mari rubro extenditur verſus terram ſanctam & Edom: vnde igitur Deus apparuit, & Iſraelitis illuxit in tranſitu maris.*

(*g*) Vti

(*g*) Vti ſatis ſuperque ex notis iam allegatis, nec non ex itinerario Iſraelitarum, & libris hodoeporicis conſtat.

(*h*) In Biblioth. Orient. p. 419. 579. b. & 648.

(*i*) In notis ad Peritſol. 73.

(*k*) edit. Jen. an. 1709. 12mo. p. 388. 5.)

(*l*) حجريين

(*m*) Eiusmodi error Geographicus hodienum committitur, dum *Walachi, Bulgari, Macedones, Conſtantinopolitani, Natolii, Georgiani, Armeni, Meſopotamii, Perſæque* nundinas Lipſienſes frequentatum profecti e regionibus egreſſi ſuis, a plebe, & ſubinde a litteratis, omnes pro *Tranſyluanis, Hungaris & Polonis* habentur. Qui error ex eo certiſſime oritur, quod mercatores illi ſingulis vicibus Hungarorum, Tranſyluanorum ac Polonorum cohorte ſtipati Lipſiam veniunt.

Sic idem error priſcis Judæis, nec non quibusdam Patribus Eccleſiæ Chriſti priorum ſeculorum contigit. Cum enim ex 1. Paralip. V, 10. 20. Pſalm. LXXXIII, 7. de *Hagarenis*, (i. e. *Arabibus Petræis*, ſeu incolis illius Arabiæ, quæ Palæſtinæ confinis eſt,) perciperent, eos contra populum DEI bella geſturos, & inſidias illis ſtructuros ex Arabia venire: Sine dubio crediderunt, omnes *Arabas*, qui cum *Arabibus Hagarenis* ſeu *Petræis* veniebant, ſiue *Saraceni*, ſiue *Sabæi* fuerint, vocari *Hagarenos*, quia ex *Hagarenorum* terra veniebant. Sed alia via non poterant Arabes vltra Arabiæ Petrææ terminos nati ad Judæos peruenire, niſi Arabum Hagarenorum regione; præter Sabæos, qui in Judæam profecturi Meſopotamiam & Syriam peragrare tenebantur. Sin proximi verſus Judæam *Arabes* in Bibliis nuncupati fuiſſent *Sabæi*, tunc certe reliquæ gentes Arabicæ remotiores cum hiſce ſimul egredientes dicti fuiſſent *Sabæi*. Vel Arabes ex hoc etiam errore a Judæis omnes habebantur pro *Hagarenis*, quoniam *Hagareni* erant illi ipſi *Arabes*, qui præ Arabibus reliquis omnium primi Iſraelitas infeſtabant; vel etiam, quia potior pars Arabum contra Iſraelitas pugnantium ex Hagarenis conſtabat. Pari igitur modo error hic inualeſcere potuit, quo inter Orientales ævi medii contigit *Europæis, Francos* ab illis appellari eadem de cauſa, quia plurimi illorum Europæorum, qui ex interiori Europa egreſſi Saracenos ſeu Arabas in Palæſtina adorti ſunt, *Franci* audiebant. Quorum reliquiæ *Druſii*, vel, ſic dicti *Chriſtiani S. Johannis* eſſe judicantur. (Vid. *Joſephi Gazophyl. Perſ.* p. 128. *Herbelot*. p. 355. *Itinera mundi, Peritſol.* p. 13.) Et hodienum in imperio Turcico vt plurimum omnes Europæi nominantur *Franci*, cum Europæorum plurimi in Turciam peregrinantium ſint Galli, ſe ex regione *Francia* (i. e. *Gallia*) venire profitentes. Et fieri poteſt, vt reliquæ nationes Europææ, vt eo benignius excipiantur, ſe *Francos*, ſeu Regi Franciæ ſubiectos eſſe, ſimulent, quippe ſibi perſuaſum & pro explorato habentes, nationem Francicam ſeu Gallicam in Oriente præ Europæis reliquis, ob morum venuſtatem, ingenii calliditatem judiciique perſpicacitatem magnifieri. Ex

Orientalium ſcriptis tamen intelligimus, non omnes in Oriente amplius Europæos promiſcue dici *Francos*, verum ſingulas nationes proprio nomine ſuo gaudere. De quibus vid. Herbel. p. 721. a. inf. & b. ſup. in ROVM.

§. XXIV. Sed quo diuertor? Ex montibus Libanicis & Sinaiticis ad Saracenos, interioris quondam Arabiæ campos & incolas reuertendum! Satis enim ſuperque demonſtratum iam eſſe cenſeo, non ab Hagare, Abrahami ancilla, ſed ab *Hhag jar (Hhédſchra)* Galat. IV, 25. Arabas dictos eſſe *Hagarenos*, (quin & ipſam Hagarem ex illo terrarum tractu ortam(*a*) hinc appellari potuiſſe *Hagar*) proindeque nec Mohammedi, nec Arabibus ipſis opus fuiſſe, nomen hoc ſibi ignominiæ ducere, ideoque abrogare. Siquidem *Hagjareni* nihil amplius, quam *Arabiæ Petrææ* notant *incolas*, prætereaque reliquarum prouinciarum Arabicarum incolis ne cognitum quidem fuit iſtud nominis. Alii enim *Sabæi*, alii *Homeritæ*, alii *Korajſchitæ*, alii *Hudeilitæ*, alii aliter, omnes autem ſimul nomine vniuerſali *Arabes* fuerunt nominati. Quin potius Arabes extra montana Sinaitica habitantes vocabantur *Saraceni*. Neque præterea veſtigium vllum in Alcorano reperitur, ex quo pateret, Mohhammedem *(b)* nomen *Hhagjareni* abrogaſſe, ſed is potius Arabes illos, qui ipſum ſectabantur, laudis & honoris cauſa *Mohâgjerîn*, vel *Hegjirijjin* (quod Latine dicendum eſt, *Hagarenos*,) nuncupauit.

(*a*) vid. Herbelot. in Biblioth. Orient. p. 340. ſub FARMA.
(*b*) Vti ſupra ex §. XI. XV. XX. patet.

§. XXV. Reſtat, vt aliam adhuc rationem proferam, quare *Arabes* non poſſint ab Abrahami vxoris, SARÆ, nomine *Saraceni* appellari? Nimirum propter perpetuam, quæ ſemper inter Arabes, & Saræ genuinos poſteros, Iſraelitas durauit, ſimultas & inimicitia. Etenim, ſi cum *Henningio* (*a*) velimus iuxta Scripturam Sacram iudicium inſtituere, omnino ſtatuendum erit, *non poſſe Arabibus placere Saram tanquam matrem*, *neque proinde nomen ab ea ſortiri*. Nam *Hagar*, grauida ex hero, heram deſpicit, & clam ſe ſubducit (*b*). Vnde ſequitur, *Saram Hagari* fuiſſe exoſam. Porro Hagar eiicitur ex ædibus Abrahæ propter odium erga Saram (*c*). Sic & filius eius *Iſmael* contra inſtitutum paternum eſt homo ferus, (*d*) irridet ac perſequitur *Saræ filium*, pium *Iſaacum* (*e*) ideoque expellitur e domo Abrahami (*f*), ducitque ſuaſu matris vxorem Ægyptiam, infidelem & gentilem (*g*). Quæ

Quæ omnia tam Abrahamo, quam Saræ, non potuerunt non diſplicere. Tum inſuper *Iſmaelitæ* ſemper acerrimi *hoſtes* populi Dei, ſcilicet *poſterorum Saræ*, aut, (ſi nomen inde formare licet) *Saracenorum*, fuerunt. Vnde cum Amalekitis & Midianitis ***bellum intulerunt Iſraelitis, qui legitimi quaſi erant Saraceni*** (*h*). Conſpirant itidem cum multis aliis gentibus aduerſus populum Dei (*i*). Exinde ſequitur, *Iſmaelitas* vel odio ſaltem Iſraelitarum noluiſſe nomen a *Sara* aſſumere. Cur ergo a matre populi DEI, nempe a *SARA*, Arabes dicti eſſent *Saraceni*, quibus illa nunquam imperauit, quos illa non genuit, imo quæ potius cum poſteris ſuis ab Arabibus perſecutiones paſſa fuit?

(*a*) in Mohhamm. prec p. 287. (*b*) Gen. XVI, 4. ſeqq.
(*c*) Gen. XXI, 14. Gal. IV, 30. (*d*) Gen. XVI, 12.
(*e*) Gen. XXI, 9. Gal. IV, 29. (*f*) Gen. XXI, 10. ſeqq. & Gal IV, 30.
(*g*) Gen. XXI, 21. (*h*) Vti colligitur ex Judic. VIII, 24. collato cum ſuperior. (*i*) Pſalm. LXXXIII, 7.

§. XXVI. Taceo nunc rationem aliam, quæ impedit, quo minus a *Sara* Arabes nominare ſeſe poſſint *Saracenos*. Nimirum, quia ſatis ſuperque notum eſt, apud Arabes in formandis Nominibus gentilibus nullam literam crebrius, quam τὸ *Je* (*a*), ſeruire, nunquam vero τὸ (*b*) *kef* aut *kaf* (*c*). Neque enim habent Arabes alia ***Nomina denominatiua, patronymica, poſſeſſiua, & gentilia***, quam ea, quæ in *ijjon* (*d*) Singulariter, & *ijjûna* (*e*), *ijjîna* (*f*) Pluraliter, non autem quæ in *cenus* aut *cus*, aut *ienſis* &c. more Græcorum & Latinorum, deſinunt. Quodſi igitur *Arabes* a *Sara* nomen eſſent ſortiti; profecto non aliter, quam *Sarajeni* Latine, Σαραἵηνοι Græce, & *Saraîjjûna* (*g*) (in caſibus obliquis (*h*) *Saraijjîna*) Arabice nominandi eſſent. Quippe *Sara* Turcis, Arabibus & Perſis audit *Saraj* (*i*). Hinc *Martinius* cum *Scaligero* iure meritoque *Saracenorum* deriuationem a *Sara* explodit. (*k*)

(*a*) ي (*b*) ك (*c*) ق (*d*) ي (*e*) يون
(*f*) يين (*g*) سرا ييون (*h*) سراييين (*i*) vid. ſupra p. 12.

(*k*) *Martinius* in *Lexico Philolog.* p. 3385. De Sara perridiculum. Hoc modo oporteret aut a *Sara Saréos* dictos, aut vxorem Abrahami non *Saram*, ſed *Saracam* fuiſſe. Auellenda eſt opinio hæc de animis hominum. (Hæc *Scaliger.*) Ibid. p. 3386. Inepte *Saracenos* a *Sara!* Neque enim etymon, neque hiſtoria conuenit. Nam verum eſſet, *Saracenos* ab illa dictos, ſi quidem ipſa *Saraca*, non *Sara* dicta fuiſſet. Sed neque vlla hiſtoria illorum judiciis fauet, &c. Idem reiicit *Bochartus* in Geogr. S. p. 241.

§. XXVII.

§. XXVII. Magis adhuc ridicula eſt *Saracenorum* deriuatio ex nomine *Sergij*, monachi iſtius, qui Mohhamedi multa Chriſtianorum dogmata ad conſcribendum Alcoranum, vt plurimum deprauata ſuppeditauit. (*a*) Nihil enim de hoc nomine vnquam legitur, an *Saracenis* hinc nomen inditum fuerit. Alias quoque *Saraceni a* ſecta quadam Arabum, *Azârekah*, *Aſarekæi* dici poſſent. (*b*) Nec præterea ſecundum Grammaticam & eymologiæ regulas hæc deriuatio tolerari poteſt. Orientales enim quia *Sergium SARKIS* (*c*) nominant; Arabes hinc non *Saraceni*, ſed *Sarkiſeni*, Arabice *Sarkiſijjûn*, audirent.

(*a*) Conf. *Henning. in Mohhammed. prec.* p. 289, 290.
(*b*) *Herbelot.* in Biblioth. Orient. p. 154.
(*c*) *Herbelot.* in Biblioth. Orient. p. 761. a. Conf. ibid. *Abouſargia*, p. 39. b. & *Barbarah*, p. 184.

§. XXVIII. Porro plane abſurdi quid ſtatueremus, ſi cum *Iſidoro Saracenos* (*a*) quaſi *Syrigenas*, quod ex origine *Syrorum* ſint, nuncuparemus. Licet enim verum omnino ſit, Arabum parentem *Joctanum* e *Syriæ* tractibus in Arabiam transmigraſſe: Minus tamen conueniens hæc mihi deriuatio videtur, quippe nimis remota; perinde ac ſi dicerem, *Germanos* eſſe quaſi *Ermanos*, ſeu *Armenos*, quia patres eorum antiquiſſimi ex Armeniæ tractibus venerint; aut ſi dicerem, *Americanos*, (inprimis Americæ Septentrionalis incolas) eſſe quaſi *Amurigenos*, vel *Amurichanos* atque *Tataros*, quoniam primi illorum patres poſt diluuium prope flumen Tataro-Mogolicum *Amur* habitauiſſe, & earum regionum, quas Amurus interluit, *Chani*, id eſt, Domini ſeu Reges fuiſſe, poſtea vero per contiguas terras continentes ex Aſia maiore in Americæ ſolitudines transmigraſſe exiſtimentur. Quod poſterius, a *Müllero in Deliciis Biblicis*, facile potuiſſe fieri, declaratur ex eo, quod forſitan Oceanus illo tempore Aſiæ & Americæ limites nondum inundarit. (*b*) Sed ideo conſequentia prioris non valet,

(*a*) vid. ſupra §. 14. ex *Martinii Lexico Philolog.* p. 3385. ſeq.
(*b*) Hodienum Aſiam Septentrionalem ab America, freto perquam exiguo, ſeparari, ingenioſiſſimus atque celebratiſſimus Geographus Noribergenſis *Homannus* in recentiſſima charta quadam de *Kamtzadalia*, ſeu *terra Jedſo*, nobis oſtendit.

§. XXIX. Alii, rem optime qui decidiſſe, & quaſi acu tetigiſſe ſibi videntur, & quidem omnium plurimi, nec ſolummodo rerum Orienta-

cnta-

entalium ignari, verum & multi haud contemnenda Litteraturæ Arabicæ præditi notitia, quid? quod ipſe *Bochartus*, Criticorum alioquin acutiſſimus *Saracenos* a verbo Arabico سرق *Saraka*, Hebraice סרק *Sarak*, *(furatus eſt, furto abſtulit)* quaſi *fures* appellatos eſſe, ratione a quotidianis eorum latrociniis deſumta euincere conantur. (*a*) Cur non etiam *Arabas* nominarunt *Sagarinos*, *Zagaræos*, aut quaſi *Zingaros*, ſeu *Cingarenos*, (Zigeuner)? (*b*) Nam Saracenorum pars, inſtar Cingarorum, quondam oberrauit.

(*a*) Inter quos præcipui ſunt magnus ille Philologus *Bochartus* in Geogr. S. p. 241. *Schiferdeckerus* in corollar. diſp. de fructu linguæ Arabicæ, 8vo. *Schickardus* in Tarich Perſ. p. 188. *Buxtorf.* in Lex. Chald. Rabb. Talmud. p. 1558. *Henning.* in Mohhammed. prec. p. 291. ſq. *Forbeſius* in Inſtruct. Hiſtorico-Theolog. p. 188 a. lib. IV. cap. XIV. §. 3. & plures alii.

(*b*) de quibus conf. *Herbelot.* in Biblioth. Orient. p. 919. b. & 920. a.

§. XXX. Sed hanc denominationem non ſine iniuria eſſe, quis ratione præditus, re paulo curatius examinata, non agnoſcit? Verum quidem eſſe, quod Arabes latrocinentur, inter complures etiam affirmat JOSEPHVS a St. Angelo: (*a*) ***Subſiſtunt,*** inquiens, ***hi Principes*** (ſc. ſolitudinum Arabicarum) ***incurſibus & prædis ſubditorum in carawanas, quarum & ipſi emiſſarii portionem capiunt.*** Aſſero autem, eandem eorum eſſe rationem, quæ eſt equitum præſidiariorum in terris Rhenanis, (vulgo *Guardie*-Reuter, Geleits-Reuter dictorum,) qui tempore nundinarum *Mœno-Francofurtenſium* inde ab *Hanouia*, *Francofurto* ac *Moguntia* vsque ad extremas Germaniæ ciuitates *Bipontum* & *Saræpontum* in viis publicis, maxime vero in tractibus montanis & ſylvoſis, vndique obequitant.

(*a*) in Gazophylacio linguæ Perſarum, p. 308.

(*b*) Viatores hi quosuis, vndenam veniant, interrogare ſolent, atque teſſeras teloniorum, nempe ſchedulas de vectigalibus Domino cuiusuis, quod peragrant, territorii pro commeatu ſecuro ſoluendis, oſtendere iubent, & ſic interrogandis viatoribus quatuor pene hebdomadas conſumunt. Si qui proinde ſine ſchedulis ejusmodi, quas pecunia ſoluta ſibi debent viatores comparare, deprehendantur; illi pro nebulonibus habentur, ipſique vna cum ſarcinis & bonis ſuis in cuſtodia publica retinentur, vsquedum equitibus illis de honeſtate & innocentia ſua fidem fecerint. Qui vero publicæ ſecuritatis teſtimoniis rite ſunt inſtructi, illi equitibus hiſce ab vno territorio

E

torio ad alius Principis vel Comitis ditionem ſine pecunia quidem vlterius ſoluenda ſtipati in Lotharingiam & Galliam vsque tuto pertingunt, nec de latronibus, utpote præſidiis freti, quicquam ipſis eſt timendum. Sic non plane diſpar Arabum eſt conditio. Sicut enim equites illi præſidiarii, ſic & Arabes in viis publicis vagantes, a Principibus Dominisque ſuis rite ſunt conſtituti, vt a mercatorum peregrinantium cohortibus vectigalia poſtulent. Nam & a viuis, & libris teſtibus edoceor, quod, ſi quæ Arabum turba vectigal a mercatorum caravana exegit, eadem illa cohors Arabum tunc mercatores eosdem, vsquedum ad Perſiam pertigerint, comitetur, & contra reliquas Arabum turbas tributum a mercatoribus exacturas maſcule tueatur, adeoque cum viatores in fidem receperit, inuiolabili fidelitate illos proſequatur. Siquidem teſte *Joſepho* in *Gazophyl. Perſ.* p. 308. *ſimplicitas hoſpitalitas* (*), *ac naturalis quædam probitas Principum & Arabum ſolitudinis ipſos probe diſtinguit a ceteris, qui ciuitates accolunt.*

(*) Præceptor meus venerandus, Clariſſ. *Salomo Negri*, Damaſcenus, idem affirmabat, nempe mercatores Chriſtianos ab Arabibus in viis publicis contra alios defendi ſubinde etiam ſine pecunia, modo mercatores illi Arabas honorent iisque ſe ſubmittant ac blandiantur. *Nam* (inquiebat) *Arabes ſunt liberales.* De illorum hoſpitalitatis *ſigno* ſc. *ignibus in faſtigiis collium, locisque conſpicuis accenſis, quibus hoſpites inuitent, & accedentibus viæ indicia præbeant*, vid. *Pocock.* in notis ad Carm. Tograï, 8. p. 111.

§. XXXI. Hanc igitur denominationem a *ſarak*, (*furari*) cum *Dannhauero* (*a*) & *Pocokio* (*b*) reiicio. Sic enim ille: *Quæ tamen ſententia illud difficultatis habet, quod iſtud nomen SARACENI nunquam ſibi duxerint vituperio, nec minus reliquæ Arabum genti iisdem flagitiis infami illud potuiſſet competere, quam huic certæ tantum inter ipſos nationi.*

(*a*) in Eccleſ. Mohhammed. 4. p. 8.

(*b*) in notis ad *hiſt. Arab.* p. 33, 34. Paſſim jam obtinuit, ut a سرق *ſarak*, quod *furari* denotat, appellati exiſtimentur, voce quæ genus hominum ferox & ληστρικὸν indigitet. At a quibus hoc nomen illis inditum? Non ab ipſis, qui famæ ſuæ pepercisſent: ſin ab aliis, ſua potius lingua NB, quam *Arabum*, quibus hoc ad opprobrium ſonat, locuturos fuiſſe credibile eſt. Deinde viderint eruditi, an a *ſarak*, quod *clam furari* ſignificat, nomen, quo publicis latrociniis infames deſignentur, commode petatur.

§. XXXII. Alioquin ſi nomen Arabum *Saraceni* a *ſarak* (*furari*, quod multi eorum ſint *fures*,) deriuare nobis liceret; ſequeretur, vt alterum eorum nomen, *Hagareni* vel *Agareni*, ab Arabico *agarra*, (*feſellit*) (*a*) quod multi inter eos *decipiant*,) fuerit appellatum. Sed neutrum ſine

ne diſſamationis ſuſpicione de tam egregia nobilique gente diceretur.

(*a*) *Arab.* اغرّ *agárra*, decepit, fefellit. Hinc *Malabaro-Indicum*: அகரு *Agaru*, dolus, fraus. அகடன் *agaren*, doloſus vir. அகடாய் *agaraj*, doloſe, fraudulenter. Vnde facillime *Arabes* nominare poſſemus *Agarenos*. Verum non valeret conſequentia. Multis enim gentibus hæc denominatio a *fraude* conuenire poteſt.

§. XXXIII. Clementius cum *Saracenis* egiſſe videtur anonymus ille, qui *Saracenos* ex voce Arabica *ſſabbrâ* (*a*) & Perſica *Niſchin*, (*b*) compoſita voce hybrida Arabo-Perſica *Sabbra-niſchin*, i. e. deſerta incolentes, *campeſtres*, dictos eſſe perhibet. (*c*) Cui aſſentiri videtur *Bechmannus*, Geographus erudititiſſimus & accuratiſſimus. (*d*)

(*a*) صحراء *ſabbrâ*, campus deſertus, & locus, vbi nihil prouenit.

(*b*) نشين *niſchin*, ſedem habens, habitans.

(*c*) صحراء نشين vid. *Clodii* ſupra laudati Specim. Hiſt. & Geogr. Arabum Perſ. & Turc. 4to. §. 22. fin.

(*d*) in Hiſt. Orbis Terrar. Geogr. & civil. vbi dicit: *Arabum familiæ per ſolitudines vagantur, vnde iſta Nomadum, Scenitarum, SARACENORVM priſca nomina.*

§. XXXIV. Cum autem ſupra oſtenſum ſit, ſolis Arabibus nomen *Saracenorum* imponendum eſſe; prætereaque notio hujus vocabuli nimium ſit vniuerſalis: Neminem credo huic ſententiæ ſubſcripturum eſſe. Quippe non ſoli Arabes campeſtrem agunt vitam, ſed & *Aſiaticorum Tatarorum* (*a*) pars maxima, *genteſque Americanæ* (*b*) quam plurimæ in deſertis viuunt, omneſque proinde, vi allatæ vocis Arabico-Perſicæ *Sabbrâ-niſchin*, appellari poſſent *Saraceni*.

(*a*) Vti ſunt *Mongali* ſeu *Mugali*, inde a China cum agnatis ſuis, *Kalmukis*, vsque ad mare Caſpium diſperſi, *Baſchkirtzij*, *Nogaiskii*, *Circaſſii*. &c.

(*b*) e. g. *Irokii* prope Penſiluaniam & Nouam Angliam ſeu Carolinam, & multæ aliæ in ſeptentrionalibus æque ac meridionalibus Americæ tractibus gentes, quarum nomina in mappis Geographicis Americæ videantur.

§. XXXV. Accedit alia ratio, quæ impedit, quo minus hæc derivatio *Saracenorum* probari queat. Videlicet ex euidenti diſcrepantia pronunciationis denominati ac denominantis.


(*a*) Denominatum eſt τὸ SARACENI; denomiaans autem eſt τὸ SAbbRAnisCIN

nisCIN. Quanta, quæſo, literarum poſteriorum differentia! Et quænam exinde conſequentia? Miror, neminem adhuc fuiſſe, qui SARACENOS dictos voluerit vel:


Sarachſenos, a *Sarachs*, oppido prouinciæ Perſicæ Choraſanæ (*Herbel.* p. 759.) quod nimirum *Saraceni* diu dominati fuerint illi regioni; vel:

Sarakæos aut *Sarakenos*, quaſi *Capita Alba*, a Perſico سر *Sær*, (*caput*) atque Turcico اق *ak*, (*albus*,) quod plerumque *cidares albas* gerere ſoleant; vti e contrario natio quædam Tatarorum Transoxanorum *Karakalpaki* nomitur, a Turcico قره *kara*, niger, (*Malabar.* கருக் *karuk*, nigreſcere, கருப்பு. *karuppu*, nigror.) & altera voce Turcica قلبق *kalpak*, pileus, mitra, (Celtice: *cap*, item *cappan*, pileus, Gallice hinc: *chapeau.* Neo-Græce καλπάκι, pileus.) quod nigras mitras gerere ſoleant; Aut ſicut Perſæ *Ghiſelbaſch*, a cidaris rubris vel *keſelbaſch*, a Turcico قزل *kiſil*, ruber, & باش *baſch*, mitra. (vid. *Herbelot.* in Biblioth. Orient. p. 782. b.) vel:

Sirramechinos, vel *ſirſirramchanos*, a Mongalico *echin*, vel *chan*, (Dominus,) & Bengalico *Sier Ram*, Deus mi (mein Gott!)



vel



Zierzier Ram, o Deus mi, o Deus mi!

Saraceni enim, vtpote Mohhammedani, frequentiſſime in precationibus ſuis exclamare ſolent:

يا الله يا الله يا الله * *ja-l'Láh! ja-l'Lah! ja-l'Láh!*
o Deus! o Deus! o Deus!
يا رحمن يا رحمن يا رحمن * *ja rabhmân! ja rabhmân! ja rabhmân!*
o miſerator! o miſerator! o miſerator!
يا رحيم يا رحيم يا رحيم * *ja rabhîm! ja rabhîm! ja rabhîm!*
o miſericors! o miſericros! o miſericors!

Conf. *Henning. in Mohhammed prec.* p. 400, 401. & paſſim *MSCti libelli precatorii*, Turcarum, Perſarum & Arabum, & ſchedulæ illorum longiſſimæ conuolutæque, vulgo *Taliſmata*, vel *Amuletha* dictæ.

Sed ſcienti nemo litteratorum haſce deriuationes nominis *Saracenorum* æqui bonique conſulet; ſic & illud nomen *Sabhraniſchin* locum nullum in hiſtoria Saracenorum vnquam obtinebit.

§. XXXVI. Multo facilius nomen *Saracenorum* deriuari poſſet vocabulo Arabico *Sarak*, (*a*) vel *Saraka*, (*b*) (*Sericum*,) Perſis *ſere.*

Quo-

(*c*) Quoniam enim nullas fere merces frequentius & copioſius, quam *Sericum*, *Arabes* mercantur tractantque: Facile quis exinde argumentari poſſet, perinde ut *Colchidis* incolæ a *Chalybe*, (vtpote quo tractando multum erant occupati,) *Chalybes* fuerunt nominati: Sic & Arabes, quia *Sericum* copioſius *poſſident*, *emunt*, *ac vendunt*, inde quaſi *Sericenos*, aut *Sarecenos*, aut *Saracenos* eſſe nuncupandos. Verum enimuero cum jam tum a multis inde ſeculis antiquiſſimi *Chataja* & *China* populi ex eodem nomine audierint *Seres*, & porro e corrupta hujus vocabuli ſcriptione Arabica ortum fuerit nomen *Sîn* pro *Tſchina* vel *China*: (*d*) Ratio per ſe patet, cur *Saraceni* à *Serico* denominari nequeant.

(*a*) سرق (*b*) سرقة (*c*) سره

(*c*) Multa de populis, *Seres* dictis, & quomodo *Sina* pro *China* inde natum fuerit, profert ingenioſiſſimus Anglorum Philologus, & Criticus acutiſſimus *Thomas Hyde* in notis *ad R. Peritſol. itinera mundi*, (4to. Oxon. 1691.) pag. 31, 32, 33.

§. XXXVII. Optima denique certiſſimaque *Saracenorum* denominatio doctiſſimis celeberrimisque Philologis & Criticis videtur deſumi ex Arabico *SCHARACK*; (*a*) (*Orientalis fuit,*) Vnde Participium Actiuum Coniugationis primæ *Schârek*; (*b*) (oriens), in Plurali *Scharekûna*. (*c*) (Orientes, vel, *ad Orientem pertinentes,*) & in caſibus obliquis *Schârekîna*. (*d*) Confirmarunt enim ſententiam ſuam ex eo, quod *Arabes Hebræis* (*e*) *BNE KÆDÆM*, (*filii Orientis*) dicantur. Vnde neceſſario nominari *Arabas* Arabicè *SCHAREKIN*, *Saracenos*, id eſt, (*Orientales*) oportere, euincunt RELANDUS, POCOKIUS, & JOSEPHUS.

(*a*) شرق *Orientalis fuit*, שרק, iuxta etymologizationem convenit cum Hebraico זָרַח *ſarahh*, (*ortus eſt.*) vbi ז & שׂ, literæ eiusdem organi facile inter ſe permutantur. Et ח in ק tranſit, more vocabulorum Perſicorum in ه *he* definentium, quorum ه *he* ab Arabibus in ق *kûph* mutatur. Exempla vid. in *Hydii* notis ad Peritſol. p. 32. *Golii* Lex. Arab. p. 2767. in *jalmak*, &c.

(*b*) شارق (*c*) شارقون (*d*) شارقين

(*e*) Vnde Saraceni Arabice dicuntur أهل الشرق *áh'lo-ſchſcharki*, i. e. populus Orientis. Conf. *Relandus* in Palæſtina, p. 87. & 99. *Pocokius* in notis ad hiſt. Arab. p. 34, 35: Me ſi quis in indagandis *Saracenis* ducem ſe-

quetur, *ad Orientem* faciem conuertat. Quid enim illud ſonat *Saracenus* & *Saraceni*, quam شرقي *ſcharkijjon*, & in Plurali شرقيون *Scharkijjâna* & شرقيين *ſcharkijjîna*, i. e. *Ab'lo-ſchſchark*, *Orientis incolas, Orientales*: quales habiti olim *Arabes, Judæis* præſertim. *Quorum Terra finesque* (inquit *Tacitus*) *qua ad Orientem vergunt*, *Arabiâ terminantur.* Ita *Joctanis poſteros*, qui *Arabes*, ad Orientem collocat S. Scriptura Gen. 10, 30. in ea ſcil. plaga, quæ *Mesham* & *Sapharum* montem Orientis interiacet, i. e. ſi audiendus *R. Saadias*: *a Mecca*, *vsque dum peruenias ad vrbem montis Orientalis*; vel vt in codice MS. legitur: ad *vrbem Orientalem* (*Medinam* puto, vult) ad Orientem ſitam. Perhibetur (1. Reg. 4, 30.) Sapientia *Salomonis* maior, quam ſapientia כָּל־בְּנֵי קֶדֶם *omnium Orientalium*, i. e. (vt *Judæus* ille quisquis fuit, qui Libros Regum in linguam *Arabicam* vertit) *áb'l-aſchſchærk*, *Sharacenorum*, ſeu *Arabum*. Ita ſcil. vocantur *Arabes Kedareni* Jer. 49, 28. בני קדם *Filii Orientis*, ſiue, *Orientales*. Sapientes illos, qui ἀπὸ ἀνατολῶν veniſſe dicuntur, Matth. 2. ab *Arabia* veniſſe, veterum Chriſtianorum ſententiam fuiſſe, obſeruat nobiliſſimus ac doctiſſimus *Hugo Grotius*, quam & ipſe ſequitur. *Nonnoſus* (apud *Photium*) legatione ſe functum ſcribit ad *Æthiopes, Homeritas* atque *Saracenos* καὶ πρὸς ἄλλα ἀνατολικὰ ἔθνη. *Saraceni* ergo inter Orientis gentes, imo non aliam ob rationem *Saraceni*, quam quod ad Orientem. Conf. & *Joſephus a St. Angelo in Gazoph. Perſ.* p. 368.

§. XXXVIII. Ideoque nonnulli Criticorum *Arabas* diuidunt in ORIENTALES in ipſa *Arabia*, nec non *Babylonia, Meſopotamia, Syria, Palæſtina* & *Ægypto* degentes, atque in OCCIDENTALES, *Barbariam, Numidiam* & *Mauritaniam* incolentes.

(a) Ita *Arabs* meus poſterior, *Carolus Rali Dadîchi, Halebo-Antiochenus* hanc amico cuidam Tranſiluano reliquit obſeruationem ipſius Nouo Teſtamento Syriaco (ex editione *Schafii*) inſcriptam, hujus tenoris: *Vera* (inquit) *Saracenorum* etymologia eſt a شرق *ſcharak* (*ortus eſt, Orientalis fuit*). *Et ſic diſtinguuntur ab Arabibus Occidentalibus*, qui مغاربة *Magâreba*, ſeu مغربين *Mogrebin*, in terra Occidentali habitantes a Sing. مغرب *Mogreb*. [Vbi, me iudice, ob celerrimam pronunciationem facile τὸ ب *be* vltimum abſorbetur, vt remaneat مغر *Mogr*, ſicuti ſit in alia voce Arabica صاحب *ſſâbheb*, amicus, in Vocatiuo يا صاحب *jâ ſſâbheb*, o amice! & يا صاح *jâ ſſâbbi!* (conf. *Golii Lex. Arab.* p. 1330. infr.) Vnde Tatari prope mare Caſpium ſe inuicem vocaturi dicere ſolent *jâ ſak*, quod idem eſt, (*bh* vero & *k* in pronuncintione celeri, vt Orientales ſolent, facile

facile inter ſeſe commiſcentur.) Deinde *τὸ* غ *gáin*, *g* gutturale, euaneſcit, ſicut vulgo *τὸ d* in Batauico *móder*, mater, vbi citiſſime *módr* pronunciatum inſtar vocis *môr* ſonat. Sic itidem ex abbreuiata voce *mogr*, pro *mógreb*, ortum videtur Latinum *Maurus*. Et quia plerique ex Mauritania venientes fere nigri ſunt, Germani & alii de *Mauris*, Italice *Moro* nominatis percipientes, quod nigri fere ſint illorum plerique; putarunt, omnes homines nigros appellandos eſſe *Moro*, *Mores*, Mohren. Id mecum ſtatuit ſupra laudatus *Jobus Ludolfus* in Comment. hiſt. Æthiop. p. 54. 4.] *Mógbrebîn*, *Morabitæ*, ſ. *Morauidæ*, ſeu *Mauri*, i. e. *Occidentales*, appellantur. Hanc Saracenorum & Maurorum denominationem pauci inter Europæos eruditi animaduerterunt, ideoque in Arabas (a *ſárak*, furando eos denominando) fuerunt hactenus paulo iniquiores. Hucusque Præceptoris mei ſententia. *Pocokius* in not. ad *Hiſt. Arab.* p. 35: Nec alias ſe, ipſi melius diſtinxerint ab illis, quos ipſi vulgo *Magrebinos*, i. e. *Occidentales*, nuncupant, *Mauritaniæ* ſcilicet incolas: vt illi *Almogrebini*, ſc المغاربة *Almogarabæ*, ita, qui *Arabiam* incolunt, مشارقة *Maſcharakæ* & *Saraceni* merito audiunt, nomine NB. non a vitæ inſtituto, ſed a ſitu, impoſito; ut & librum inter celebris iſtius Philoſophi *Auicennæ* præcipuos, cui titulus الفلسفة المشرقية *Alfelſáfato-l'maſchrekiah*, i. e. *Philoſophiam Saracenicam* recte inſcripſeris, non quod Barbara, ſed quod Orientalis. Quod Arabum litera ش *ſchin* per Græcorum Σ efferatur, nullum hic ſcrupulum iniicere debet, cum non aliter Hebræorum ש exprimere ſoleant (מֹשֶׁה *Moſchæ*, *Μωυσης*). Sonabit vox *Saracenis* ab alio Themate, ſc. شرك *ſcharac*, *Idololatras*, *κοινονητὰς*, *comunicatores*, qui Deo conſortes adjungunt; ſed hoc nomen vt merito *Arabibus* antiquis, ita *Chriſtianis* impie & blaſpheme impingunt *Mohhammedani*; ipſi horrent; nec hujus eſt loci.

§. XXXIX. Verum huic *Saracenorum* denominationi à *Scharak*, (*Orientalem eſſe*) & Arabum diuiſioni in *Orientales* ſeu *Saracenos*, & *Occidentales* ſeu *Mauros*, repugnat partim nominis *Saracenorum*, partim & nominis *Maurorum* antiquitas. *Saraceni* enim primo iamjam & ſecundo ſeculo Chriſtianorum erant noti, uti ſupra indicatum. *Mauri* vero iam tum *à Liuio & Salluſtio*, adeoque adhuc ante Chriſtum natum, audiebantur; Quomodo igitur tunc pars *Saracenorum*, ſeu *Arabum*, *Mauri* ſeu *Occidentales* potuit nominari, cum demum ſeptimo poſt Chriſti natiuitatem ſeculo Arabes in Africam irruerint, & *Mauritaniam* (*a*) ſimul occupauerint?

(*a*) Id ipſum teſtantur *Hiſtorici Orientales*, vti *Durret* in Hiſtoire de l'origine

des

des langues &c. p. 445. Et en l'an 699. fut faicte la troiſieme courſe des Sarraſins en Afrique. &c. Ibid. p. 453. ſeqq.

Roderici Toletani Hiſtoria Arabum, p. 13, 14. cap 7. ibid. p. 16. 17. ſqq.

Elmacini Hiſt. Saracen. ex edit. *Erpenii*, 4to. & Herbeloti Biblioth. Orient. paſſim.

§. XL. Quapropter cum nomen *Maurorum* non demum poſt Mohhammedis obitum, ſed iam ante Chriſtum in vſu fuerit: præterea-que ipſi *Mauri Arabes* diuiſionem in Arabes Orientales & Occidentales non agnoſcant, *Hydio* (*a*) teſte: Diſpiciendum nobis eſt, *Vndenam ortum ſit nomen eorum? & quinam proprie ſint?* Nempe à *Phœniciis*, & *Pœnis* ſeu *Carthaginenſibus* origo *Maurorum*, atque nominis eorum eſt repetenda. Quam *Hydius* (*b*) quam optime explicuit.

(*a*) *Hyde in notis ad R. Peritſol. itinera mundi*, p. 49. multa hac de re differit iucunde & ſolide.

(*b*) *Id. ibid.* p. 48. *ita*: Maurorum quidem (*inquit*) Nomen apud Liuium & Saluſtium extat, antiquiore autem notatione; cum reuera *nomen* ſit origine *Hebraicum* ſeu *Phœniceum*, vt mox plane monſtrabitur. Namque ſpatium inter Calpen & Abylen Herculis Columnas, Fretum eſt anguſtum pro traiicientibus ab vno littore ad alterum. Sic noſter ſub finem cap. XII: *Juxta Gibeltar* eſt מעבר *ma'vâr* (* τὸ ב ſine dageſch per V Hungaricum & Suecicum pronunciari debet) *Tranſitus* ſeu *Trajectus pro omnibus circumeuntibus per continentem ad eundem in Mare Oceanum.* Et Straboni in *Tinga*, hicce locus πορθμὸς, Hirtio *Trajectus* vocatur. Agathemeres ſuo tempore ponit huius *Trajectus* latitudinem eſſe 80. ſtadiorum, i. e. $10\frac{1}{2}$ milliarium. Geographus Nubienſis Climatis 4ti parte 1, dicit iſtud Fretum olim fuiſſe Iſthmum, poſtea Regis cuiusdam Africani ſumtu perfoſſum ad latitudinem 6. milliarium, vndarum autem alliſu ſe tandem dilataſſe ad lat. 12. milliarium. Idem alibi dicit eſſe 18. milliaribus latum. Lexicon Geographicum (vndecunque id hauſerit,) ponit latitudinem hodiernam 12. milliarium. Idem alibi 9. mille paſſus patere dicit. - - -

- - Cumque heic ſemper a perfoſſo Iſthmo fuerit pro traiicientibus locus cæteris commodior, vbi hocce mare (ſc. Mediterraneum) traiicere ſolebant, a Pœnis remotius in Mauritania Cæſarienſi & Agro Tunetano degentibus, quicunque prope iſtum מעבר *Ma'var*, *Trajectum* viuebat, dicebatur מעברי *Ma'vri*, id eſt, *Trajectanus*, ſeu, *ad Trajectum degens*; vel *Trajector*, *Transfretator*, qui ſc. dictum Fretum ſæpius traiicere ſolebat Et hinc factum eſt, ut huius loci incolæ primo & primario dicti fuerint *Mauri*: quod tamen Nomen poſtea ad alios remotiores tranſiit.

(*) *Addo*: fere eſt ratio nominis Maurorum, quæ eſt conſuetudinis Academicæ, qua v. gr. non tantum Studioſi ex locis prope Moſellam ſitis ori-

undi

undi, verum &alii remotiores a Moſella, imo quoad patrias ſuas Rheno propiores quam Moſellæ; nihilo tamen minus omnes hi nomine vniverſali vocari ſolent *Moſellani*. Et ſic aliæ nationes; vt in Academia Lipſienſi ſub natione Polonica non modo Poloni ipſi, ſed & Sileſii, Hungari, Tranſyluani aliique Polonis proximi ſubintelliguntur.]

Hoc etiam nos monet, vnde Hiſpania (vt & fluuius *Iberus* eam ſecans) a dictis Pœnis vocata fuerit Ἰβηρία *Iv. ria*, quia nempe erat עבר הים *ever*, *vltra* vel *trans mare*, ſeu *vltramarina* regio: nam עבר *evr* eſt cuiusuis maris aut fluminis pars vlterior. Vnde etiam hujus regionis fluuius Gallis dicitur *Ebre*, Hiſpanis *Ebro* (pron. *Evro*) q. d. Fluuius regionis *Iveriæ* ſeu *Transfretaneæ*, vt a Mauritaniæ incolis dicebatur.

[(*) Hic forte ab iis, qui regulas etymologizationis non capiunt, aut capere nolunt, regeri poſſet indirecte per inſtantiam: Si licet fluuium *Ebro* ſeu *Evro* a verbo עבר *abhar* ſ. *avar*, (*tranſiit*) deriuare: annon etiam ventus ille calidus, quem *Eurum*, Græce Εὖρον dicimus, exinde deriuari queat, &c. Sed reſpondeo, ventum hunc, *Eurum*, quia non ex *Iberia* ſeu *Hiſpania*, adeoque nec e *Mauritania*, quæ verſus meridiem eſt, ſed e plagis Orientalibus oritur & exinde ſpirare pergit, aliam *Euri* etymologiam eſſe quærendam. Quæ facile reperitur, ſi attente reſpiciamus ad *Ovid.* 1. *Metamorph.* vbi dicitur:

EVrus ad AVroram; Nabathæaque regna receſſit,
Perſidaque & *radiis* iuga ſubdita *matutinis.*

& ad *Valer.* 1. *Argonaut.*

Jampridem regio, quæ virginis æquor ad Helles:
Et Tanaïm tenus immenſo deſcendit ab *Euro*,
Vndat equis, floretque viris, &c.

Vbi de Aſia maiori dicitur, ſitam eſſe eam verſus AUroræ ſolisque ORtum. Deinde notandum eſt, quod *Varro* lib. 6. de *ling. Lat.* ſcribit: AVRORA dicitur ante ſolis ORtum ab eo, quod ab igne ſolis AVReo AER AVReſcit. Tum. AVrum ab AVRA, h. e. a ſplendore deriuatur, atque de illa dicitur in *Virgil.* 6. *Æneid.*

Diſcolor vnde AVRI per ramos AVRA refulſit.

Porro verbum ORior de Sole dicitur prodeunte. Hinc & ORiens, ſubſtantiuum, *Pars ea mundi, in qua Sol ORiri debet*, (& vbi ſimul exiſtit *lux.*)

Denique ORiens & ORior lucis notionem & ſignificatum plerumque continet, ita vt, quicquid ORiri dicitur, ſimul innuatur, ac prædicetur perſpicuum, dilucidum, clarum, notumque ſive corporis, ſiue mentis oculis fieri.

Cum igitur ventus EVrus [ΕΥΡος] ſpiret ex illa mundi plaga, quæ per

F AVRORæ

AVRORæ ac Solis, Perſis CHOR dicti, ORtum, AVRA ſeu ſplendore AVReo quaſi ac flammeo prius colluſtratur, & hinc ORIens (q. d. regio AVRAus, i. e. ſplendore AVræ ſuæ, quam radii ſolares illuminarunt, inſtar AVri, longe lateque refulgens) nominetur, ideo quod ibi lux (Hebræis אור OR, maxime vero lux primaria, *Sol*, Perſis CHOR dictus) primum ORiatur, i. e. conſpiciendam & perſpicuam ſe reddat: Omnino etiam ſine vlteriori demonſtratione nunc aſſerere conor, ſequi, vt & ventus ille, qui ex ORiente ob AVREam AVROræ ac CHORI ſeu Solis AVRam ſplendente & quaſi flammante ſpirat, pariter etiam ſuum nomen ab Hebræorum אור OR, *luce* conſecutus fuerit, ideoque EVRus quaſi ORus, à loco τᾶ אור OR (lucis) vel خر CHOR, Solis primum exORientis vocari queat.

A Perſico CHOR (ſol) nuncupata eſt extrema Perſiæ verſus orientem regio CHORAſan. *Golius* ad *Alferg.* p. 166.

Item ab Hebræorum אור OR, leui aſpiratione præmiſſa, *mons* dici videtur הַר *hâr*, quia montes plerumque magis, quam depreſſiora terræ loca valleſque ſunt conſpicui, ſereni & quaſi lucidi, lucem quippe primum etiam recipientes, atque hinc radiis repercuſſis aut refractis ſplendorem quendam in vicina loca diſpergentes. e. g. *κατ᾽ ἐξοχὴν* ideo ſic dictus *mons Serenus* duobus milliaribus ab Hala, vno autem a Wettino diſtans.

Et eadem ratione *Georgia* a Georgio Cappadoce ſic nominata, olim a Phœnicibus & Syro-Phœnicibus dicta eſt quoque *Iberia*, quod nempe eſſet

في عبر الفرات *fi Ibrî l Phrât*, i. e. *in Vltraiecto Euphratis*.

Sic, quia pater noſter Abraham in terram Canaan olim venerit ex Meſopotamia ab עבר *Evr*, i. e. *Vltra* Euphratem, is a Cananæis dictus eſt עברי *Ivri* ſeu *Ibrî*, i. e. *Vltraneus* ſeu *Vltrafluuialis* ſiue *Vltrajectaneus*; ſcil. *Hebræus*, vel potius *Ibræus* ſeu *Ivræus*. Quod itaque ſcriptum erat Ἰβηρία, olim pronunciatum eſt *Iveria*: nam quod Græci antiqui ſuum β pronunciabant vt *v*, multis & certiſſimis indiciis conſtat: nec hodierni Græci poſſint literæ *b* ſonum formare, niſi pro eo ſcribendo μπ. Hiſpani etiam vsque hodie, vbique ſcribunt *b*, id ſemper ſonant vt *v*, & vice verſa.

§. XLI. Satis ex his ſuperque perſpici poteſt, *Maurorum* Africanorum denominationem ab Arabibus, qui ſedes ibi ſuas olim fixerunt, minime derivandam eſſe, ac ſi *Mauri* eſſent quaſi *Mogrebi*, *Mogri*, *Mohri* (Germanis: Mohren i. e. habitantes in regionibus *Occidentalibus*, vbi *veſperaſcit* & Sol *occidit*. Id quod non modo ex antiquitate *nominis Maurorum* hactenus refutatum eſt; ſed & ob aliam rationem dupli-

plicem reiicitur. Prior, quæ illam deriuationem reſpuit, hæc eſt: quod ipſis Arabibus *Mauritania* (vtpote *Arabum Occidentalium* regio) non *à Veſpera Magreb, Magr, Mabr*) iuxta notam præcedentem, ſed à voce *Bar* (*Deſertum*) & *Barbarus* (*extraneus*) dicitur *Barbaria*, neque, quos nominamus *Mauros*, *Maurorum* nomen ipſi agnoſcunt, ut HYDIVS demonſtrat. (*a*) Poſterior autem ratio, cur nomine *Mauri* non poſſint ſignificari *Arabes Occidentales*, (*b*) [qui diſtinctionis cauſa à *Saracenis*, i. e. *Arabibus Orientalibus*, ſic nominari dicuntur,] hæc eſt: quia etiam *Arabes* illi, qui reperiuntur in Imperio Magni Mogolis, & in reliquis *Indiæ* Orientalis regionibus & inſulis viuentes, duobus, & forte pluribus, abhinc ſeculis appellati ſunt, & adhuc nominantur *Mauri*. (*c*) Quomodo quæſo iſti *Indo-Arabes* reſpectu *Saracenorum*, ſeu *Orientalium Arabum*, qui Arabiarum, Ægypti, Palæſtinæ, Syriæ, Chaldææ & Meſopotamiæ exiſtunt inquilini, nominari poſſunt *Arabes Occidentales* ſeu *Mauri*, cum ipſi his, nimirum κατ' ἐξοχὴν dictis *Saracenis*, multo ſint Orientaliores. (d)

(*a*) *Hyde* in notis ad Peritſol. p. 49. *Mauritania* Arabibus omnibus dicitur البربرية *AlBarbaria*, cuius incola eſt البربر *AlBarbar*, ſeu بربري *Barbari*. Hi (autem non) ſunt (*Mauri* proprie ſic antiquitus dicti à Phœnicibus, ſed) veri & genuini Arabes, vt eorum Lingua & Libri ſcripti indicant: Lingua enim eſt vere Arabica. Quodque omnes tam ruſticani, quam oppidani tales eſſent, agnoſcebat Rex Maroccanus, qui in nupera Epiſtola ad Magnæ Britanniæ Regem ſcripta, de ſuo populo loquens, ſe ipſum plane numero τῶν *Al'Arbes* accenſebat. - - Per errorem itaque noſtrates diſtinguunt eorum Oppidanos in *Mauros*, & Ruſticanos in *Al'arbes* & *AlGarbes* ſiue *AlGarves*, cum omnes ſint pariter *Arabes*. Quomodo autem hic error euenerit, paucis dicam. Eſt quidem الغرب *AlGarb*, ſeu, vt Hiſpani ſonant, *Algarv*, *Occidens*: Vnde Arabes *Mauri*, qui in Occidentali Luſitaniæ parte (Andaluſiæ ſeu Hiſpaniæ Bœticæ proxima, vbi plurimi *Mauri* mixtim cum indigenis inhabitabant,) ab Hiſpanis vocati ſunt *Algarves* i. e. *Occidentales*; qui nuperis ſeculis ex Andaluſia pulſi, in Mauritaniam Tingitanam conceſſerunt. - - - Legatus Maroccanus de hiſce Titulis (ſc. Regem Maroccanum eſſe Regem τῶν *Al'arbes* & *Algarbes*) requiſitus, talem diſtinctionem non agnoſcebat, nec Regem ſuum habere Subditos dictos *Algarbes* ſeu *Algarves*, neque is vnquam dictus eſt Rex τῶν *Algarves*. - - Legatus admittebat quidem, dari alicuius prouinciæ maritimæ populum di-

ter fidiſſimos miniſtrorum diſtribuit; ipſe Meccam *profectus eſt. Præcipuo dedit* CALECVTVM *cum titulo* ZAMORI, i. e. *Imperatoris, cui cæteri Reges parebant.*

Hinc procul dubio nomen *Maurorum* in India crebrius vſurpari cœpit. Conf. quoque *Herbelot.* in *Bibliotb. Orient.* p. 448. a. infra: *Vne partie des Indes fut rendue tributaire aux* Arabes *ſous le regne de* Valid *ſixiéme* Khalife *de la race des* Ommiades. *Mais elles ne furent ſubjuguées entierement que par* Mahmud *fils de* Sebekteghin, *lequel y penetra bien avant, & au moins juſqu' au Gange, ce que n' avoit encore fait aucun Prince étranger depuis Alexandre le Grand.* &c.

§. XLII. *Maurorum* ergo nomine non *Arabas* tantum *Africanos*, Mauritaniæ Numidiæque incolas, verum & *Arabas* Perſasque in Indiæ Orientalis olim delati littora comprehendi, ex allegatis *Hydii*, *Xaverii*, *Hornii* & *Herbeloti* locis declaratum eſt. Addo, exinde conſequi, vt, ſicuti *Mauritaniæ* vel *Mauruſiæ* (iuxta *Photium*, (*a*) Africæ regioni, non ab *Arabibus Occidentalibus*, *al-Garb*, *Magâreb* & *Mogrebîn* dictis, verum à Phœniciorum colonis ad fretum Hiſpanicum primo habitantibus, & hinc *à Mâvar* (i. e. à *freto*) *Mauri* nominatis, nomen fuit impoſitum; Sic etiam regionibus Indiæ Orientalis *Malabar* & *Marabar*, ſub quibus comprehendi ſimul innuo littus *Koromandel*, itidem à *Mauris*, non Phœniciis quidem, ſed Arabicis, è *Saracenorum* gente prognatis, priſcisque æuis illuc tum belli, tum mercaturæ cauſa profectis, contigerit, vt illæ *Maabar*, *Marabar* & *Malabar* appellarentur.

(*a*) in Biblioth. p. 158. (de *Æthiopia.*) edit Hœſchel. Rothomag.

(*b*) Ridebunt forte lectores plane ignari hiſtoriarum Orientalium æui medii, expertes linguarum Orientis remotioris, & regularum etymologicarum imperiti. Sed paucis quæ dico, vera eſſe declarabo. Obſerua igitur ex §. præced. *Arabes* olim plus vice ſimplici in Jndiæ Orientalis Peninſulam cis Gangem veniſſe; & *Arabas Jamanenſes* jam circa annos Chriſti 1272 -- 1290. ex Arabiæ felicis emporio *Aden* vel *Eden* circiter decem millia equorum ſingulis annis in regionem Indiæ M*aabar* (hodie M*arrabar*, nec non M*alabar* dictam) adduxiſſe, narrat *Paulus Venetus in biſt. Orient.* p. 146. Lib. III. cap. XXVI. *Europæis* vero nomen M*alabar* (ſub quo & M*arabar* ac M*aabar* comprehendi debet) plus cognitum, quam ipſis Indis Malabaricis eſſe, recens indicauit B. *Barthol. Ziegenbalg*, indefeſſus Evangelii apud Indos propagator, in *Grammat. linguæ Damulicæ* ſeu *Malabaricæ*, c. 1. p. 1. Sic enim differit: *Hac, de qua agere aggredior, lingua dicitur* Damulica, *quia gentes*,

tes, quæ ea in India Orientali vtuntur, proprie Damuler *nominantur. Sed dicitur quoque* Malabarica, *quia incolæ in littore Coromandelico & Malabarico ab Europæis, qui eorum linguam minus recte intellexerunt nominari ſolent* Malabares, *quæ nominatio nonniſi ab iis, qui cum Europæis commercium habent, intelligi poteſt.*

Vnde cum intelligatur, nomina *Malabar*, *Marabar* & *Maabar* non ab Indis ipſis (vtpote qui fere neſciunt iſta), ſed ab extraneis aliquot inde a Seculis in Indiam profectis inuenta fuiſſe: Nullus dubito quin vel Chriſtiani Chaldaice ac Syriace loquentes, Entychiani, qui priſtinis poſt Chriſtum ſeculis in Malabaricam regionem venerunt, & adhuc ibi reperiuntur, vel *Arabes* paulo poſt illuc nauigantes, nomen *Maabar* illi regioni indiderint, eamque ob commoda ad nauigandum ac transfretandum loca & littora *Ma'var* ſeu *Maabar* (quod unum idemque eſt) nuncupaverint. Ne ſomniare videar, audianus τὸν πάνυ in Hiſtoriis Orientalibus, egregium *Herbelotum* (in *Biblioth. Orient.* p. 447. & 448), qui *Indiæ* tres partes faciens, tertiam eius partem eſſe dicit *Mâ bar* hoc modo: *La troiſième partie, & la plus Orientale s' appelle* MABAR *ou* MEBAR, *mot qui ſignifie en Arabe le* TRAJET *& le* PASSAGE*; à cauſe que l' on paſſe de cette partie des Indes a la Chine: elle eſt toute entier au de-là du Golſe de Bengale, & a pour capitale la grande ville de* CANACOR *ou* CANCANOR. Quodſi cum iis, quæ paulo ante ex *Hydii notis ad R. Peritſol. itinera mundi* protuli, conferantur hæc verba: Perſpicuum nobis patebit, iſta *Mâbar* ſeu Malabar) & *Maurus* & *Mauritania* vnam eandemque denominationis originem & cauſam habere.

Diceret aliquis: Agnoſco equidem a Chriſtianis Syriacis, quorum poſteri ex Eccleſia primæua adhuc ſuperſunt *Cochini*, aliisque, vel ab Arabibus etiam, nomen regionis Indicæ *Maabar* forſitan oriri: Siquidem *Chaldæis* מעבר *Mâ bar* eſt *tranſitus, Vadum*, it. מעברא *Mâ bra*, & Hebræis מַעֲבָר *Mâ abbar*, Arabibus etiam معبر *Mâ'bbar*, *locus, quo tranſitur, Ripa trajectui aptata, Trajectus.* Verum enimvero *Marabar* & *Malabar* quomodo idem, quod *Ma'bar*, eſſe poſſunt? Sciat ergo, quisquis hæc regerat, literam Arabicam *ajn* ع ab Indis pronunciari non poſſe, imo ne quidem *G* Palatinum. Vnde hoc in Europæis vocibus haud raro omittunt, v. g. pro *Ziegenbalg* dicunt & ſcribunt ſubinde *Sinbal*; illud vero, ſcil. *Ain & Gain* غ (a) vel in *k* mutant, vt pro Arabico عين *Ajn*, (*oculus*) Malabari dicunt கண *Kan*; பகை *bakei* (inimicitia,) pro *Arab.*

bághie

بغي *bághjo* (odium.) (β) vel plane omittunt, ut: மேலே *mele* (deſuper) pro מעלה *mâ'ala* (vnde מִלְמַעְלָה Gen. VII. 20.) (γ) vel in *a* ſimplex, vt அ|றி|வு| *Ariwu*, (notitia) ex Arab. عرف *Araf*, cognouit, notitiam habuit.) (δ) vel retinent Arabum *Ain*, idque exprimunt per hanc literam ழ quæ ob difficillimam & (vt loqui ſic liceat) gutturaliſſimam pronunciationem ſuam ſonum habet intermedium inter SCH, R & L; maxime tamen ſonat vt L in imo gutturis, quid? quod in profundiſſimo quaſi pectoris fundo fere ſine cooperatione linguæ ac dentium, & ſine vllo rhoncho Arabico quam ſubtiliſſime formatum, quod niſi viua ediſcitur voce. Quæ litera eſt criterium, quo cognoſcunt Indi Malabarice loquentes, Damuleſæ ſint, an Europæi peregrini. Cuiusmodi eſt Ruſſorum littera ы *ui*, difficillima ſane pronunciatu. conf. *Ludolfi Gramm. Ruſſica* p. 7. De Malabarico ழ pro *Ain* Arabico exemplum eſto விழுகிறது *Wilukiradu* (*radu* றது terminatio Infinitiui eſt) *Cadere*, per Metatheſin literarum ab Arab. وقع *Waka'a*, cecidit, cadit.

Cum igitur *Malabari* ſeu *Damules* nouum iſtud nomen *Mâ'bar* ſono fracto audirent proferri, nec Arabicam pronunciationem τῆ Ain imitari poſſent, facturi tamen pronunciationi ſatis, non aliter, quam per literam ſuam *Lana* iam deſcriptam, quaſi *Máb'glbar*, ex imo gutture, pronunciare potuerunt. Poſtea Europæi cum ab Indis aliquid ſono *L* ſimile audirent, purum L pronunciarunt. Inde natum credo nomen regionis *Malabar*. Eodem modo, cum litera *Ain* per Damulicam literam *Lana* ſæpius indicetur, & *Lanà*, tanquam R ſubtile infra guttur formatum ſonet, facile pro Arabico & Syriaco *Mâ'bar* Indi per gutturale *Lana* ſeu *Rana*, R, pronunciare potuerunt *Ma'rbar*. Hinc Europæi dixerunt *Marabar* & *Marrabar*. Qui his meliora ſciunt, ac certiora proferre poſſunt, has lucubrationes meas corrigant, alioquin vero ſecum habitare norint.

In iis quæ *Herbelotus* de *Malabar* & *Malaï* (in *Biblioth: Orient.*) affert, ſibi ipſi (reſpectu præcedentis loci iam citati) contradicere a multis affirmatur.

§. XLIII.

§. XLIII. Quapropter exinde cognoſcimus, Germanorum *Mohr*, Gallorum *More*, Italorum *Moro*, non ſolum de *Mauris Africanis & Indianis*, verum de Æthiopibus quoque & reliquis Africæ Nigris minus recte ſub notione nigredinis vſurpari, cum *Traiectanos* tantum ſignificare debeat. *Mauros* enim in Africa non omnes eſſe nigros, docet *Hydius*. (*a*) In India vero eos ipſis *DAMULIBUS ethnicis* (*b*) eſſe albiores, ex relationibus de ethnicis Malabaricis, aliisque itinerariis diſcimus. Nec proinde illos reſpectu *ethnicorum*, qui ſunt *Mauris* Mohhammedanis multo nigriores, ab Europæis *Mohren*, vt *nigros*, nominari fas eſt. Præterea multis *locis* & regionibus nomen hoc: *Maurus*, vel *niger*, tribuitur, quamuis nigredine prorſus careant. (*c*)

(*a*) In *notis* ad *Peritſol.* p. 48. *Cur* Μαῦρος apud Græcos modernos ſignificet *Nigrum* ſeu *Nigritam*, (vt multi exiſtimant, & communis vſus obtinet,) difficile eſt imaginari; præſertim cum *Mauri* omnes, qui (evitata Solis infectione) domi ſe continent, ſint plane albi. - - - Sic etiam fœminæ domi ſe continentes, albæ ſunt æque ac Anglicæ. Verum eſt, quod cum his mixtim viuant aliqui ex populis longe Auſtralioribus, qui ſunt plane nigri, progeniem ſui ſimilem propagantes. - - - Hinc factum eſt, vt ex hiſce nigris vna cum *Mauris* mixtim viuentibus & nigram ſobolem in illis oris propagantibus, *Mauri* omnes *Nigritæ* eſſe perperam exiſtimentur. &c.

(*b*) Forte ob *nigros gentiles Malabaricos* maritima ora *Indiæ* Citerioris verſus Orientem, reſpectu *Maurorum* ſeu *Arabum in Indiam progreſſorum* & in vlteriorem Indiam irruere cupientium, nominata a *Turcis Orientalibus* (*) fuit *Koromandel* ex قره *Kara*, niger, & مندل *mandel*, repagulum ianuæ; quod littus illud ob Oceanum procelloſum Arabibus transgreſſuris in vlteriorem Indiam vltra Gangem, & in Cherſoneſum auream aditum præcluſerit, eosque nauigationis nondum ſatis peritos retinuerit.

(*) Teſtibus Armeniis, lingua Turcica multis etiam in locis Imperii Mogolici & Indiæ, adhuc in vſu eſt. Siquidem ex Tataria Mongalica olim Turcæ egreſſi in Indiam, Perſiam, Armeniam, Syriam, Natoliam, Græciam, &c. diſperſi ſunt. *Mongalica* vero *lingua* nunc præter vocabula nullam fere affinitatem cum Turcica Europæa habet. Adeo degenerauit hæc ab iſta! Hoc mirandum eſt in linguis Malabarica, Mongalo-Tatarica, Turcica & Hungarica, quod Pronomina & Præpoſitiones ſemper poſtponuntur.

(*c*) Conf.

(*c*) Conf. *Golii Lex. Arab.* fol. p. 1234. ſub سود. Idem *Golius* in *notis ad Alferg.* p. 290, 291. & p. 74, 75. *Herbelot. in Biblioth. Orient.* p. 252. de *Cara Bogdan*, p. 253. de *Mauroprobatadis* p. 255. ſub *Caranluk*; p. 256. ſub *Cara Su*, p. 758. & p. 829. b. ſub *Sous d'-acſa.* *Hyde* ad *Peritſol.* p. 72. de *Morea* :

Leunclavii Hiſt. Muſulman. Turc. fol. 368. Lib. VII. Id. p. 598. (ARABES, *qui* MAURI *ſive* NIGRI *vulgo dicuntur.*)

§. XLIV. Poſtquam *Hagarenos* & *Mauros*, (*a*) qui ſimul ad *Saracenos* referuntur, quippe gemino *Arabum Saracenicorum* ſanguine prognati, conſiderauimus: Nihil denique reſtat amplius, niſi vt veram de origine SARACENORUM ſententiam profitear. Nempe examinatis omnibus etymologiis nominis SARACENORUM, nulla certior & magis tuta mihi videtur, quam *Stephani*, (*b*) deſumta a quadam *Arabiæ* interioris vrbe SARACA. (*c*) Vnde, quamuis eruditiſſimus *Bochartus* (*d*) repugnet, nihilo ſecius tamen cum *Herbeloto* meo (*e*) & *Pocokio* (*f*) mihi perſuadeo, SARACENOS dici, & ſub iis ARABES, mediam Arabiæ partem incolentes, ſtricte intelligi. Poſtea vero contigit, vt nomine *Saracenorum* omnes ac ſinguli *Arabes* reliqui, & *Sabæi*, & *Hagareni*, (*g*) & *Mauri*, quin & porro *Turcæ* ac *Tatari* (*h*) comprehenderentur. Minus tamen curate id factum eſt. *Sabæi* quidem, *Hagareni* & *Mauri*, vtpote *Saracenorum cognati*, ſubintelligi poterant nomine *Saraceni*, ſed non item *Turcæ* ac *Tatari*, (*i*) homines plane alius originis. Craſſe igitur errant, qui *Turcas* ac *Tataros* vel *Saracenos* vel *Hagarenos* appellant. Multo craſſius vero aberrant, qui *religionem Turcicam*; pro: *religionem Mohhammedicam*; dicunt. *Turcæ* enim eſt nomen gentis & regionis, minime autem *religionis*. Dantur enim *Turcæ Mohhammedani*, dantur *Turcæ Judæi*, dantur & *Turcæ Chriſtiani* Græci, Armeni, Syri, Chaldæi (ſeu, Eutychiani & Neſtoriani), Copti, &c. Nec *religio*, quæ vulgo *Turcica* audit, ſolis Turcis Mohhammedanis, verum etiam omnibus Mohhammedanis Africanis, omnibus Mohammedanis Perſicis, omnibus Mohammedanis Tataricis, & omnibus Mohammedanis Mogolo-Jndis, Jauanis, Celebiis, &c. eſt propria. Potius communi vtamur phraſi: *Religio Mohhammedica.* Ipſi vero ſe libentius *Moſlemanos*, quam *Mohhammedanos*, dici volunt.

(*a*) *Pauli Veneti Hiſt. Orient.* p. 147. Lib. III. cap. XXVII. Quieſcit corpus ejus (beati Apoſtoli Thomæ) in ciuitate quadam parua, vbi multi ſunt

Chriſtiani & *Saraceni.* . De *Saracenis* in *Sicilia*, anno Chriſti 828. vid. p. 547. Tom. I. *Hiſtoire de France* par le P. G. Daniel. Amſterd. 1720. 4. maj. Plura de *Saracenis* & *Mauris* in Hiſt. ævi med. e. g. in hiſt. rer. German. alibique inueniuntur. Quæ allegare, non eſt hujus loci.

(*a*) vid. *Lucæ Holſtenii Notæ & Caſtigationes* in *Stephanum Byzantium de Vrbibus* (Lugd. Bat. 1684. fol.) p. 283.

(*b*) ΣΑΡΑΚΑ, *Χώρα Ἀραβίας, μετὰ τὰς Ναβαταίας.* Οἱ οἰκοῦντες, ΣΑΡΑΚΗΝΟΙ.] *Saracenorum* nomen poſt Strabonis tempora demum natum, Salmaſius notat in Exercitat. Plinian. p. 484. Antea vero *Σκηνίτας Ἄραβας* appellatos. Conf. etiam *Dannhaueri Ecclef. Mohhammed.* p. 8.

(*c*) in *Geogr. S.* pag. 241. vbi dicit: *Sed nec a loco* SARACA *fuiſſe nominatos*, Stephano conceſſerim. &c. Reſp. Sicuti ab vnica vrbe ROMA omnes Romano Magiſtratui ſubjecti, etiam Cilices. (e. g. D. Paulus Apoſtolus) dicebantur ROMANI, ſeque ipſos ita nominabant, licet vel mille a Roma diſtarent milliaribus; Sicuti etiam ab vnica vrbe MOSCVA omnes Maieſtati Imperatoris Moſcovitici ſubjecti appellantur *Moſconitæ*; Sicut & Hollandorum emporium primarium in India Orientali non tantum, ſed etiam totus illarum terrarum tractus, immo tota inſula *Iava* a plebe nominatur *Batavia*: Sic & ſine omni dubio ab vnico oppido Arabiæ *Saracah* vel *Scharaka*, ob Orientalem ſitum ſic dicta, gens Arabum vniuerſa *Saracenorum* nomen ſortiri potuit. Quodſi quis regerat, *Saracam* eſſe locum ignobilem, quomodo igitur tam illuſtris natio exinde nominari potuerit? Reſp. Dantur apud nos in Germania his ſimilia exempla, v. g. *Megapolis* & *Naſſ* vilia & ignobilia ſunt loca, nihilo tamen minus ingentes terrarum tractus exinde nominantur *Megapolitana* & *Naſſovica* regio.

(*d*) in *Biblioth. Orient.* p. 777. SCHARACAH, &, *Scharakiah, Ville de l'Arabie, que quelques Auteurs veulent avoir donne le nom aux* Sarrazins; *car c'eſt ainſi que les Grecs & les Latins ont nomme ceux qui ſe diſent ſeulement Arabes, en leur Langue.*

(*e*) in *Specim. Hiſt. Arab.* p. 35. *vbi*: Vicos quosdam (inquit) Orientalis ad alia loca ſitus ratione, شرقة *Scharakah* & شــرقية *Scharakiah* nomen ſortitos memorant *Mohhammed Alfirauzabadius*, *Safioddinus*, &c. adeoque incolas eorum شرقيون *Saracenos* audiiſſe. Quidni pari ratione & illi, qui totam regionem, quæ aliarum reſpectu الشرق *Alſhark* ſive *Oriens* dici meruit, occupant?

(*f*) Græci hodierni, inprimis Macedones, Turcos nominant ſubinde Ἀγαρηνοὺς.

(*g*) Vti affatim perſpicere id licet in relationibus antiquis de bellis Turcicis atque Tataricis.

(*h*) Turci

(*b*) *Turci* a *Turk*, ex Noæ nepote, Japheti filio. *Herbelot*. p. 897 - 902. *Tatari* a *Tatâr*, filio *Ilindſche-Chani*, quinti regis Turcorum antiquiſſimorum ex poſteritate *Türk*, filii Japheti. *Herbel*. p. 875. a. & 898. a. infr.

vid. *Hydius* ad p. 16. itin. mundi: *Chinenſes ad Septentrionalia Mundi regna deſignandum, generale nomen* TATA (*tam Tatariam, quam Tataros notans*) *nominaſſe ſufficit*. *Dico autem, quod, Chinenſes literam *R* pronunciare quia non poſſunt; hinc pro *Tatar* dixerint *Tata*. **Mogoles* ex *Mogol*, Tatari fratre ſunt. Conf. *Herbelot*. p. 597. ſeq.

§. XLV. Hæc de *Saracenis* non poterant non præmoneri, quia Europæorum de *Saracenis* notitia quam plurimis erroribus ac præiudiciis eſt obnoxia. Nunc, perluſtratis *Arabibus* & *Mauris* tum *Africæ*, tum *Orientalis Indiæ*, nec non *Turcis* atque *Tataris*, meum eſſet, vt lectores beneuolos in *Saracenicorum Chalifarum* ſeu *Imperatorum Arabicorum Numophylacium Kuficum* ducerem, eosque in illo de *vetuſtiſſimis drachmis Orientalibus Bagdâdi*, *Rufâfæ*, *Mohhammediæ*, *Wâſeti*. *Baſſoræ*, *Iſpahani*, *Balchi* & *Samarcandi*, annis hegiræ 105, 127, 161. 180. 183. 185. 188. 189. 192. 194. 195. 196. ſignatis certiores redderem, notasque curioſas adſpergerem. Sed quia *Numophylacium* illud peculiarem ſibi poſcit tractationem, ſumtum, & otium; ſeorſim illud brevi condendum, volente Deo, ſum aperturus. Notulæ ſpecialiores Philologicæ in hoſce nummos Arabicos locum quidem hic inuenirent; cum autem non ſine detrimento ac dedecore ab opuſculo hiſtorico de Nummis iam dictis edendo ſeparari poſſunt: Diſſertationi huic finem imponere cogor, & ea, quæ de *Mohhammade* (*a*) *Pſeudopropheta* (cur ſe *Paracletum* eſſe perhiberit) adhuc addi poſſent, itidem reſeruo. Interim Lectores beneuoli hiſce notulis variisque notitiis gentium Orientalium diligenter conſideratis meliora addant, ſtudiique Arabici, Perſici ac Turco-Mogolici neceſſitatem, pretium, vſum, iucunditatem præſtantiamque maiori, quam hactenus, cura ſtudioque colant, vſurpent, ac promoueant.

(*a*) Pauca tamen in anteceſſum de eo legi poſſunt in *Erpenii Grammaticæ Arabicæ Part. poſter*. p. 203. infra *in notis*, & *Herbelot*. in *Biblioth. Orient*. p. 599. b. in med.

DEO SIT LAVS, HONOR ET GLORIA!

COROLLARIA.

I. *Datur generatio æquivoca, quæ ſine ſemine ſuæ ſpeciei fit.*

II. *Non niſi ſocialitas pro Juris Naturæ principio eſt agnoſcenda.*

III. *Sola ſecuritatis ſpes cauſa fuit civitates condendi.*

IV. *Non datur peculiaris lex gentium præter legem Naturæ.*

V. *Juramentum de re poſſibili & licita extortum metu obligat.*

VI. *Mutua beſtiarum prælia contra Jus Naturæ inſtituuntur.*